DE INFINITIVI USU THUCYDIDEO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GERHARDUS MICHAELIS

MARCHICUS.

HALIS SAXONUM.

TYPIS EXPRESSIT HEYNEMANN

MDCCCLXXXVI.

CURTIO DE KLITZING

OPTIME DE ME MERITO

SACRUM.

Propriam linguae Graecae naturam vix satis percipi posse, nisi unius cuiusque auctoris usus loquendi, quatenus quidem ad linguam conformandam valuit, diligenter excutitur, homines docti dudum inter se consentiunt. Inprimis autem e re videtur, ut qua via lingua progressa sit, clare appareat, quibus in rebus duo scriptores paucorum decenniorum spatio inter se distantes conspirent, quibus inter se dissentiant, examinata una eademque parte generis dicendi accurate exponere. Quod eo magis operae pretium esse, si duo scriptores in eadem literarum parte versati argumenta ex parte inter se similia tractaverunt, nemo negabit.

Quare mihi non alienum esse videbatur, postquam de infinitivi syntaxi Herodotea ante hos sex annos Heilmannus [1]) et Sharpius [2]) in dissertationibus suis copiose egerunt, in infinitivi apud Thucydidem [3]) syntaxi operam collocare: quam disputationem imprimis ad differentiam Ionici et Attici sermonis accuratius cognoscendam aliquid utilitatis habituram esse spero. Atque quo facilius cognoscatur, quibus in rebus scriptores inter se differant, quibus consentiant, dispositionem Heilmanni, sed non sine aliquot quae mihi necessariae visae sunt mutationibus, amplexus omnia, quae exstant, infinitivi exempla in medium proferam et, si quid proprii habent, explicare conabor. Nimi-

---

[1]) L. Heilmannus: de infinitivi syntaxi Herodotea, Diss. Gissae 1879.

[2]) R. Sharpius: de infinitivo Herodoteo, Diss. Lips. 1880.

[3]) De infinitivi apud Thucydidem usu, sed ita, ut in tempora infinitivi inquirerent, egerunt: Forsmannus: de infinitivi temporum usu Thucydideo: „Curtius Studien", Bd. VI. p. 1. Floeckius: observationes Thucydideae grammaticae, Diss. Marburgiensis 1872.

rum meum esse non potest, de origine et vi propria infinitivi copiose disserere, quem casum — sive dativum sive locativum sive utrumque — nominis verbalis feminini generis esse constat, sed exemplis, quae sit syntaxis infinitivi, illustrare.[1])

Tota igitur materia in duas partes amplitudine inter se diversas dispertienda mihi videtur esse: priore de infinitivo sine articulo agendum est, posteriore de infinitivo cum articulo coniuncto disserendum. Sed ut singulis quoque rebus eluceat, quae ratio inter duos quos dixi scriptores intercedat, tres mihi observandae erunt res: quae habet Thucydides singularia atque propria, asterisco notabo: ubi cum Herodoti usu consentit, nihil addendo hanc congruentiam significabo: ubi quae Herodotus habet, ea apud Thucydidem non leguntur, paucis verbis illius mentionem faciam.

Pars prior.

De infinitivo sine articulo usurpato.

§ 1. De infinitivo pro imperativo posito.[2])

Hic usus, quem constat e vi nominali infinitivi esse ortum, frequentissimus est in Homeri carminibus. Herodotus septem locis infinitivo pro imperativo utitur in enuntiatis hypotheticis: (I, 89. III, 35. IV, 126. V, 23. VI, 86. VII, 159. VII, 209.) Duobus locis infinitivo praecedit imperativus III, 134. V, 23. Promiscue usurpantur imperativus et infinitivus III, 155. Infinitivus sensu optativi ad tertiam spectat personam V, 105. — Apud Thucydidem invenitur infinitivus pro secunda imperativi singularis persona usurpatus, addito pronomine personali et nomine pro-

---

[1]) In capitibus et paragraphis enumerandis secutus sum editionem Classeni, qui Popponis partitionem est amplexus.

[2]) De toto hoc usu confer Leo Meyer: „Der Infinitiv in der homerischen Sprache,“ p. 29. Jolly: „Geschichte des Inf. im Indogermanischen“ p. 215.

prio, quo magnopere vis augetur,[1]) V, 9 § 7 in oratione Brasidae: σὺ δέ, Κλεαρίδα, . . . ἐπεκθεῖν καὶ ἐπείγεσθαι.

Aliter comparatus est locus, ubi infinitivus pro tertia imperativi singularis persona usurpatur; legitur enim VI, 34 § 6: πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, εἰ δὲ μή, ὅτι τάχιστα τἆλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι παντί et quae sequuntur. Classenus et infinitivum ἑτοιμάζειν et παραστῆναι e generali notione δεῖ ex antecedente πείθεσθε desumenda pendere vult, atque vim imperativi ab infinitivo παραστῆναι abiudicat. Equidem cum plerisque editoribus infinitivum pro imperativo positum esse puto: nam ἑτοιμάζειν etiam a πείθεσθε pendere postest („lasst Euch überreden, bereit zu halten"), quod de infinitivo παραστῆναι dici non potest. Ceterum conf. de hoc usu infinitivi Krüger Sprachl. I 55, 1, 5.

Denique legitur I, 35 § 5: καὶ ναυτικῆς . . . . . οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις, ἀλλὰ μάλιστα μέν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς, εἰ δὲ μή, ὅστις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν. Classenus dicit „nur im Allgemeinen wirkt aus ἀποδείκνυμεν der Einfluss eines Ausdrucks der Ermahnung und Belehrung fort," Krügerus „in dem μάλιστα μὲν liegt ein κράτιστόν ἐστιν." Mihi autem probabilior videtur Boehmii opinio, hoc quoque loco infinitivum vim imperativi assumpsisse, praesertim cum infinitivus legatur in enuntiatione hypothetica, ubi Herodotus quoque hunc usum adamavit.

§. 2. Infinitivus solus subiecti loco est positus.*

Hac ratione infinitivus, cuius origo iam oblituit, raro a Thucydide adhibetur, qui plerumque articulum addit.[2]) Duo enim exstant exempla:

---

1) Quid sit discriminis inter significationes infinitivi et imperativi, explicat Delbrueck: de infinitivo Graeco, Diss. Halensis 1863, p. 19.

2) Confer: Stix: „Zum Gebrauch der Infinitivs mit Artikel bei Demosthenes, Rottweil 1881."

III, 38 § 1: *ἀμύνασθαι δὲ . . . . μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει* et III, 39 § 7: *ὅταν ᾖ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον.*

§ 3. Infinitivus absolutus sine *ὡς* particula,

Delbrueckius[1]) in dissertatione sua hunc usum ex sensu accusativi qui dicitur Graeci derivari vult. Rectius, ut mihi videtur, Heilmannus dicit in infinitivo absoluto vim locativi clare apparere: vertendum esse *δοκεῖν μοι* (si quidem originem huius dicendi generis spectamus) „im Bereiche des mir Scheinens“: particulam *ὡς* facile accedere, quod sententia eius, qui dicat, exprimatur. De *ὡς* particula infinitivo addita aliter sentio, ut infra exponam: infinitivi naturam Heilmannus recte cognosse mihi videtur. Invenitur *δοκεῖν ἔμοιγε* VII, 87 § 5 et *δοκεῖν δέ μοι* VIII, 64 § 5 (*ὡς ἐμοὶ δοκεῖν* apud Thucydidem non legitur; apud Herodotum invenitur novies: I, 131. II, 124. IV, 87. 167. V, 58. VI, 95. VIII, 30. 66. 113.).

Eodem modo formula *ἑκὼν εἶναι* est explicanda, quae plerumque in enuntiationibus negativis invenitur et vim restringendi habet („ich werde etwas nicht thun, wenigstens nicht im Bereich meines eigenen Entschlusses“) Legitur *ἑκὼν εἶναι* II, 89 § 8 et VI, 14; *ἑκόντες εἶναι* IV, 98 § 9; *ἑκόντας εἶναι* VII, 81 § 3 (accusativus usurpatur, quod subiecta sunt diversa).

Huc referendum est etiam VI, 12 § 1 *ἐνθάδε εἶναι* „in unserem Machtgebiet.“ De hoc loco docte et sagaciter, ut semper, Usener disputat „Jb. f. Phil. 1872, p. 744.“ Putat vir doctissimus (quoniam *δεῖν* nonnunquam pro *δέον* positum est ut pro *πλέον πλεῖν*) Thucydidem hoc loco scripsisse *ἔνθα δεῖν*. Arnoldum enim iure contendisse, in infinitivo absoluto articulum esse exspectandum, et talem restrictionem „quantum quidem ad hunc locum pertinet“ in nostrum locum non quadrare.

---

1) Delbrueck: de infinitivo graeco, Diss. Halensis 1863, p. 24.

Sed huic argumentationi complura opponi possunt. Ac primum quidem: articulum non esse necessarium docent formulae *ἑκὼν εἶναι* maximeque *κατὰ τοῦτο εἶναι* Plat: Protag. 317 a. Deinde non opus est infinitivum hoc loco restringendi vim habere: alia esset ratio, si *ὡς* infinitivo esset additum. Denique, ut Classenus recte dicit, *δεῖν* (= *δέον*) post *δίκαιον* esse tautologiam.

Locativus autem non solum eum locum significat, ubi aliquid est, sed etiam, quo quid dirigitur, ita ut infinitivus finali sensu possit usurpari. Hoc apparet in talibus exemplis, qualia sunt *τὸ ξύμπαν εἰπεῖν* I, 138 § 3; *τό τε ξύμπαν εἰπεῖν* VII, 49 § 3; *ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν* VI, 82 § 3.[1])

§ 4. Infinitivus absolutus cum *ὡς* particula et pronominibus relativis coniunctus.

Multo saepius, quam solus infinitivus absolutus invenitur, cum *ὡς* particula infinitivus coniungitur. Quam verborum consecutionem variis modis grammatici explanarunt. Multi particulam *ὡς* his locis vim finalem quae vocatur habere censent, quibus recte adversatur Kruegerus in adnotatione ad Dionysium Halicarnassensem p. 286. Ut rem accuratius cognoscamus, comparanda nobis est formula *ὡς εἰπεῖν* cum locutionibus supra allatis *τὸ ξύμπαν εἰπεῖν* aliis. Ex his apparet, infinitivum solum vi prorsus finali esse positum. In natura autem particulae *ὡς* cognoscenda veram rationem Wisenius[2]) secutus esse mihi videtur. Comparativam enim vim particulae tribuit eamque idem significare dicit, quod *ὡς* apud numeralia. „Dixerunt *ὡς εἰπεῖν*, cum vero nomine non videbantur posse rem exprimere, tum vero proximum vel quod veri aliquam similitudinem proferebat, adhibuere, addito illo *ὡς εἰπεῖν*.“ Cui sententiae suffragatur, quod multis locis formula *ὡς*

---

1) Exstant praeterea apud Herodotum locutiones hae: *λόγῳ εἰπεῖν* II, 21: *οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν* I, 61: *ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν* V, 50: *τὸ δὲ σύμπαν εἶναι* VII, 143: *τὴν πρώτην εἶναι*: I, 153.

2) Th. Wisenius: de vi et usu particulae *ὡς* apud Thucydidem, Diss. Lundensis 1862.

εἰπεῖν notionibus numeralibus est addita, maxime vocabulis *πᾶς*, ut III, 82 § 1. VI, 30 § 2. VII, 58 § 4. VIII, 96 § 4. et *πολύς*, ut I, 1 § 2. VII, 58 § 3.

Ex hac particulae vi etiam id repetendum videtur esse, quod infinitivus cum *ὡς* particula coniunctus multo saepius invenitur quam solus infinitivus. Nam ut infinitivus notionem generalem nominis verbalis sine ulla relatione significat, ita particula *ὡς* aptissima videbatur, quae hanc infinitivi vim in clara luce collocaret.

Kruegerus l. c. vertit *ὡς εἰπεῖν* „prope dixerim“: notionem igitur potentialem huic locutioni tribuit; nos vertimus „damit ich ungefähr damit das richtige treffe“, vim finalem igitur statuimus. Sed vides, quod ad universum sensum attinet, non multum has duas explicationes inter se distare. *ὡς εἰπεῖν* semel legitur apud Herodotum VIII, 115; apud Thucydidem autem his locis: I, 1 § 2. II, 51 § 2. III, 38 § 7. III, 39 § 4. III, 82 § 1. IV, 14 § 3. VI, 30 § 2. VI, 72 § 3. VII, 58 § 4. VII, 67 § 2. VIII, 5 § 3. VIII, 96 § 4.[1])

Deinde alius usus infinitivi cum *ὡς* particula coniuncti invenitur, qui iam apud Herodotum exstat. Particula enim addita aliquid restingitur et significatur, sententiam enuntiationis primariae consistere non posse, nisi causa et excusatio, ut ita dicam, quam *ὡς* cum infinitivo continet, accipitur. His quoque locis particulam vim proprie comparativam habere inde apparet, quod in lingua latina „ut“ particula comparativa usurpatur. Duo habemus exempla; I, 21 § 1 *ηὑρῆσθαι δὲ ἡγησάμενος . . . . ὡς παλαιὰ εἶναι, ἀποχρώντως*: nisi Thucydides ea excusatione uti posset res narratas longo temporis spatio a sua aetate esse divisas, res narratae non satis erant exploratae. Alterum exemplum legitur IV, 36 § 3: *γιγνόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι, ὡς*

---

[1]) Habet praeterea Herodotus has locutiones apud Thucydidem non exstantes: *ὡς λόγῳ εἰπεῖν* vel *ὡς εἰπεῖν λόγῳ* II, 15. 53. III, 6. *ὡς δηλῶσαι* II, 24. II, 25. *ὡς εἰκάσαι* I, 34. IX, 34. *ὡς δὲ ἐπεικάσαι* IX, 32. *ὡς (γε) εἶναι* II, 10. IV, 99. Tribus exemplis accusativus *ἐμέ* subiecti vice fungitur: II, 28. II, 125. VII, 24.

μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι, τῷ ἐν Θερμοπύλαις.[1]) Notanda est positio singularis infinitivi: id, quod restrictionem efficit, ab aliis enuntiationis partibus seiunctum infinitivum sequitur et in fine enuntiationis ponitur, ut lector eo, quod interponitur, de vero scriptoris consilio edoceatur, priusquam de veritate narrationis iudicium faciat.

Aeque ac cum particula *ὡς*, infinitivus etiam cum pronominibus relativis coniungitur. In his exemplis infinitivus vim habet consecutivam, ortam ut videtur ex dativi quae olim in infinitivo fuit significatione. Omnino autem vis finalis et consecutiva in infinitivo sunt coniunctae, ut nos ad utramque notionem significandam dicimus „um zu", latini „ut".

Vis consecutiva autem infinitivi optime apparet potissimum in eis infinitivis, qui inveniuntur post pronomina et adiectiva qualitatem et quantitatem significantia, velut *τοῖος, τοιοῦτος*, *ὅσος*.[2]) Perfectum huius rei exemplum exstat III, 49 § 4: *ἡ μὲν ἔφθασε τοσοῦτον, ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι τὸ ψήφισμα καὶ μέλλειν δράσειν* „sie erreichte einen solchen Vorsprung, dass Paches (als sie ankam) eben erst den Beschluss verlesen hatte (man hatte aber gefürchtet schon zu spät zu kommen)."

Potuit etiam pronomen demonstrativum omitti et solum relativum infinitivo addi, aeque ac pronomen *οὕτω* ante *ὥστε* saepe deest. Duo huius usus exempla sunt afferenda: I, 2 § 2 *νεμόμενοι τὰ αὑτῶν ὅσον ἀποζῆν* et VI, 12 § 2: *τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρους βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι* (i. e = *μὴ τοιοῦτον, ὥστε*).*

§ 5. Infinitivus post verba impersonalia.

In universum falso dici, infinitivum subiecti loco poni post verba impersonalia, Schoemannus[3]) recte explicasse

---

[1]) Wisenius vertit „propemodum parva magnis contulerim." Hoc falsum esse puto.

[2]) M. Fellmann: de *ὡς, ὥστε* particulis consecutivis earumque apud tragicos Graecorum poetas vi et usu Diss. Vratislav. 1883, p. 17.

[3]) Schoemann: „Zur Lehre vom Infinitiv, Jb. f. Phil." 1869, p. 209.

mihi videtur: infinitivus potius absolutis est adnumerandus. Iam mihi exempla sunt afferenda.[1])

Χρή: I, 9 § 5. I, 10 § 3. I, 37 § 5. I, 40 § 1. § 5. I, 69 § 2. I, 77 § 2. I, 78 § 3. I, 80 § 3. I, 82 § 5. I, 91 § 1. I, 119 § 1. I, 138 § 6. I, 139 § 4. I, 144 § 3. I, 144 § 5. II, 4 § 2. II, 11 § 6. II, 44 § 3. II, 54 § 4. II, 64 § 2. III, 11 § 3. III, 46 § 5. III, 53 § 2. III. 56 § 7. III, 62 § 5. III, 64 § 2. IV, 27 § 4. IV, 29 § 5. IV, 60 § 1. IV, 62 § 2. IV, 68 § 4. § 6. IV, 90 § 4. IV, 92 § 4. IV, 125 § 1. V, 61 § 2. V, 62 § 1. V, 63 § 2. VI, 9 § 1 (bis). VI, 11 § 6. VI, 18 § 1. § 2. VI, 23 § 2. VI, 25 § 1. VI, 38 § 4. VI, 48. VI, 49 § 1. VI, 72 § 5. VI, 85 § 2. VI, 91 § 5. § 6. VII, 21 § 2. VII, 44 § 3. VII, 47 § 3. VII, 61 § 2. VII, 62 § 3. VII, 73. § 1. VII, 77 § 1. VIII, 1 § 3. VIII, 40 § 3. VIII, 51 § 1. VIII, 78 § 2. VIII, 89 § 2. VIII, 92 § 11.. VIII, 95 § 4.

δεῖ: I, 68 § 3. I, 73 § 2. I, 81 § 3. I, 84 § 4 (bis). I, 123 § 1. I, 129 § 3. I, 161 § 3. II, 24 § 1. II, 92 § 7. III, 39 § 8. III, 40 § 1. III, 40 § 4. *τοὺς δὲ δεῖ κολάζεσθαι*, (quod est medium intensivum.). III, 47 § 4. III, 61 § 1. III, 102 § 7. IV, 4 § 2. IV, 10 § 4. IV, 77 § 1. V, 42 § 2. V, 53 § 1. VI, 68 § 1. § 3. VII, 15 § 1. VII, 49 § 2. VIII, 69 § 4. VIII, 76 § 3. VIII, 81 § 3. *εἰκός* (*ἐστιν*): I, 10 § 3. § 4. II, 10 § 1. II. 53 § 4. II, 62 § 3. II, 73 § 1. III, 54 § 5. III, 55 § 3. IV, 11 § 4. IV, 92 § 1. VI, 85 § 3. VII, 44 § 2. *οἷόν τέ ἐστιν*: I, 80 § 3. I, 82 § 6. I, 91 § 7. II, 44 § 3. IV, 22 § 3. IV, 32 § 4. IV, 53 § 3. IV, 101 § 2. VII, 14 § 2. VII, 20 § 2. VII, 42 § 3. VII, 47 § 3. VII, 78 § 7. VIII, 60 § 3. VIII, 92 § 3. *ἔστιν*: I, 35 § 2. II, 63 § 2. II, 77 § 5. II, 81 § 8. II, 97 § 2. III, 46 § 1. IV, 8 § 5. IV, 9

---

[1]) Legimus praeterea apud Herodotum: *ἐγγίνεται, ἀποχρᾷ, ἐκχρήσει, καταχρήσει, ἔαδε, ἐξήρκει, προέχει, πρέπει, διέφερε, εὐπρεπῶς — ἀναγκαίως — δυνατῶς ἔχει, ἐπέρχεται, ἐσέρχεταί τινα, παρίσταταί τινι, καταλαμβάνει τινά, ἱκνεῖται, ἀπικνεῖταί τινα, ἔς τινα, ἔστιν ἐν, ἐπί τινι, προσκεῖται, ἐνίκα, ἔφερε κόσμον, προκεῖται ἀγών, ἀπέδοξε.*

§ 1. IV, 11 § 3. IV, 24 § 4. V, 40 § 2. VI, 11 § 1. VI, 18 § 3. VI, 34 § 5. VII, 11 § 3. VII, 44 § 4. VII, 61 § 1. VII, 70 § 4. VIII, 46 § 5. VIII, 47 § 1. VIII, 53 § 3. VIII, 74 § 3. *ἔξεστιν*: I. 35 § 1. I. 40 § 2. I, 130 § 2. I, 138 § 6. III, 28 § 1. IV, 17 § 4. IV, 18 § 5. IV, 65 § 3. V, 18 § 5. V, 28 § 1. V, 41 § 2. V, 47 § 3. § 4. VIII, 18 § 2. VIII, 21. VIII, 46 § 1. VIII, 48 § 4. VIII, 53 § 3. VIII, 86 § 3. *ἔνεστιν*, (*ἔνι*): II, 40 § 2. *πάρεστιν*: IV, 19 § 2. V, 103 § 2. VII, 65 § 1. *ἐνδέχεται*: II, 87 § 3.* *ὑπάρχει*: I, 82 § 6. I, 124 § 1. VII, 63 § 2.* *γίγνεται*: IV, 68 § 6. IV, 81 § 2. V, 93.* *περιγίγνεται*: II, 39 § 4. II, 87 § 6.* *ἐκγίγνεται*: II, 68 § 1. *παρέχει*: VI, 86 § 5. *καλῶς ἔχει*: IV, 18 § 5. *ἀσφαλεστέρως ἔχει*: IV, 71 § 2.* *προχωρεῖ*: IV, 59 § 4. *μέλει*: I, 141 § 7.* *προςήκει*: IV, 126 §. 2. VI, 14. VI, 16 § 1.* *ξυμφέρει*: II, 38. II, 63 § 4. V, 26 § 5. VII, 75 § 2. VIII, 82 § 3. *ἀρέσκει*: VII, 49 § 3. *οὐδενὶ τρόπῳ οἱ ἔφη ἀρέσκειν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, ἀλλ' ὅτι τάχιστα ἤδη καὶ μὴ μέλλειν ἐξανίστασθαι.* Haec codicum scriptura sic esset construenda: *ὅτι τάχιστα ἤδη ἐξανίστασθαι καὶ μὴ μέλλειν ἐξανίστασθαι.* Haasius[1]) autem recte locum ita videtur restituisse: *οὐδενὶ τρόπῳ οἱ ἔφη ἀρέσκειν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, ἀλλ' ὅτι τάχιστα ἤδη ἐξανίστασθαι καὶ μὴ μέλλειν.*

φιλεῖ, quod apud Thucydidem notionem consuetudinis habet, impersonaliter est usurpatum I, 141 § 6 *φιλεῖ μηδὲν ἐπιτελὲς γίγνεσθαι*: alio modo negatio *μηδὲν* explicari nequit.*

Jam restat, ut de verbo *δοκεῖν* impersonaliter constructo agam. Hoc vocabulum proprie est verbum putandi et „videri" significat. Impersonaliter construitur his locis: I, 75 § 4. I, 91 § 5. I, 95 § 5. II, 2 § 3. II, 8 § 3. II, 28. II, 63 § 2. II, 102 § 2. III, 53 § 3. III, 57 § 2. IV, 11 § 4. IV, 92 § 2. VI, 71 § 2. VI, 88 § 2. VI, 99 § 2. VII, 43 § 2. VII, 73 § 2. VIII, 1 § 3.

---

[1]) Haase: lucubrationes Thucydideae, Vratislav. 1841, p. 58.

Saepe dativus accedit, ut: I, 91 § 6. I, 141 § 1. II, 35 § 1. IV, 75 § 1. V, 10 § 4. V, 43 § 2. VI, 26 § 1. VI, 34 § 2. VII, 12 § 3. VII, 75 § 1. VIII, 87 § 4.

E complexione *ἐμοὶ δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι* verbum *δοκεῖν* ad significationem consilii capiendi facile procedit, item ut latinum „mihi videtur." Plerumque dativus personae accedit: I, 31 § 2. I, 125. II, 21 § 1. II, 24 § 1. II, 77 § 2. III, 36 § 2. IV, 22 § 3. IV, 125 § 1. V, 23 § 6. V, 38 § 1. V, 53 § 1. V. 77 § 1. V, 82 § 4. VI, 88 § 1. VII, 1 § 2. VII, 4 § 4. VII, 43 § 1. VII, 74 § 1. VIII, 11 § 2. VIII, 92 § 10; sed etiam sine dativo hanc vim retinuit, ut I, 134 § 4. IV, 57 § 4. V, 47 § 7. VII, 43 § 1.

Ad extremum ei infinitivi mihi sunt afferendi, qui a verbo impersonali mente addendo, plerumque longius antecedente, pendent. IV, 118 § 3 *περὶ δὲ τῶν χρημάτων τοῦ θεοῦ ἐπιμελεῖσθαι*, scilicet *δοκεῖ ἡμῖν*, quod paragrapho prima antecedit. Idem habemus V, 77 et V, 79 § 4.

§ 6. Infinitivus subiecti loco ponitur apud verba passiva.

Quod de infinitivo cum verbis impersonalibus coniuncto praedicari non potest, de infinitivo cum verbis passivis coniuncto dicendum est: infinitivus enim subiecti vices obtinet apud verba passiva.[1])

εἴρητο: I, 135 § 3. I, 140 § 2. V, 46 § 2. V, 58 § 4. VI, 30 § 1. VI, 42 § 2. VI, 61 § 5. VII, 4 § 6. VIII, 11 § 3. VIII, 22 § 1. VIII, 64 § 1. VIII, 69 § 2. *εἰρημένον*: V, 39 § 3. VII, 18 § 2. VII, 77 § 6. *προείρητο*: II, 84 § 1. *νομίζεται*: II, 15 § 5 *ὕδατι χρῆσθαι*.* *χρησθέν*: III, 96 § 1 *αὐτῷ παθεῖν*. *γεγραμμένον*:* V, 56 § 2. *ἐλέγετο**: VIII, 67 § 3. *ἐβουλεύετο*: V, 8 § 4*. *ἀφείσθω*: V, 91 § 2. *ἡμῖν κινδυνεύειν**. *ἐφαίνετο*: V, 14 § 4. *ἐτέτακτο*: III, 22

---

[1]) Apud Herodotum, non apud Thucydidem, haec passiva inveniuntur: *δέδοκται, προσετετάχατο, ἀποδεδέχθαι, ἀπειρῆσθαι, προείρητο, ἐκεκύρωτο, ἐντετάλθαι, συγκεῖσθαι, ἐμαντεύθη*.

§ 7*. *ἐπετάχθη*: II, 7 § 2. Sed de hoc loco difficili uberius mihi agendum. Codices exhibent: *καὶ Λακεδαιμονίοις μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων . . . . καὶ ἀργύριον ῥητὸν ἑτοιμάζειν, τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας* et quae sequ. Haec codicum scriptura omnino intellegi nequit. Nam quominus, ut Kruegerus vult, socii subiectum ad verbum *ἐπετάχθησαν* intellegantur, prohibent et dativus *τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις*, qui nullo modo ab *ὑπαρχούσαις* pendere potest, et accusativi *ἡσυχάζοντας καὶ δεχομένους* post antecedentem nominativum. Sed cum editores ob ea, quae antecedunt, aliquid commemoratum voluerint, quod Lacedaemonii iis, qui praeter pristinos socios partibus ipsorum se adiunxissent, imperaverint, omnes emendandi rationes id egerunt, ut *τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις* logicum fieret enuntiationis subiectum.

Quattuor igitur rationes sunt initae ad locum sanandum.

Boehmius scribit *Λακεδαιμόνιοι ἐπέταξαν*, Cobetus[1]) *ἐπετετάχεσαν*, qua mutatione facta omnia recte procedunt. Sed Classenus recte monet, non intellegi posse, quomodo vitium sit ortum. Reiskius vult pro *ἑλομένοις* scribere *οἱ ἑλόμενοι*, cui mutationi repugnant accusativi *ἡσυχάζοντας-δεχομένους*.

Classenus et Stahlius scribunt pro accusativo *ναῦς* nominativum *νῆες*: sic omnes difficultates expediri; subiectum verbi *ἐπετάχθησαν* esse *νῆες* atque *ἀργύριον* et infinitivos *ποιεῖσθαι* atque *ἑτοιμάζειν* definiendi causa accedere.[2]) In hanc mutationem iam Poppo incidit, qui quidem adnotat: „posset quidem etiam servato *ἐπετάχθησαν* scribi *νῆες*, sed multo verisimilius est, cum *ναῦς* a librariis ex suae aetatis sermone pro nominativo habitum esset, *ἐπετάχθη* (quod unus codex exhibet) in *ἐπετάχθησαν* mutatum quam in Thucydidis libris frequens *νῆες* hoc uno loco depravatum

---

[1]) Cobetus: novae lectiones p. 599.

[2]) *ναῦς* cum *νῆες* persaepe esse mutatum, docet, ut monet Classenus, Lobeckius ad Phrynichum p. 170.

esse." Classenus sane contendit raro passivum ἐπιτάσσομαι impersonaliter construi. Sed quamvis pauca, tamen certa exempla exstant: cf. III, 22 § 7 οἷς ἐτέτακτο παραβοηθεῖν et VIII, 87 § 3 τροφὴν χεῖρον ὁ Ταμώς, ᾧ προςετάχθη, παρεῖχεν. Utraque coniectura est facilis et probabilis: quod Popponis lectio in codice quodam deteriore exstat, non magni est momenti; Classeni coniectura loco simillimo confirmatur VIII, 26 § 1, ubi legitur: καὶ Θεριμένει ξυναμφότεραι (scil. νῆες) προςταχθεῖσαι κομίσαι.

§ 7a. Infinitivus subiecti loco ponitur apud substantiva.[1])

Infinitivus his locis est subiectum, substantivum praedicati vice fungitur. Substantiva haec sunt:

κόσμος*: I, 5 § 2. καλῶς τοῦτο δρᾶν. αἰτία*: IV, 85 § 6 τὴν αἰτίαν οὐχ ἔξω πιστὴν ἀποδεικνύναι, ἀλλ' ἢ ἄδικον τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρειν ἢ ἀσθενὴς . . . ἀφῖχθαι (scil. αἰτία ἐστίν). ἀνάγκη: I, 32 § 5. I, 71 § 2. I, 73 § 2. I. 144 § 3. IV, 20 § 1. VI, 16 § 1. VI, 18 § 3. VI, 82 § 1. VI, 89 § 4. νόμος: II, 97 § 4. III, 58 § 3. ἐπιθυμία*: V, 15 § 1. ἔργον*: I, 33 § 4. III, 3 § 1. VI, 80 § 3. εὕρημα*: V, 46 § 1. ἐξουσία*: VII, 12 § 5. ἀγώνισμα*: VII, 59 § 2. VII, 86 § 2. ἐλπίς*: V, 102. ἀπόνοια*: VII, 67 § 4. ὑπόσχεσις*: III, 66 § 3. τὴν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν. ξυγγνώμη: III. 40 § 1. VIII, 50 § 2. ἄνοια*: II, 61 § 1. βλάβη*: II, 40 § 2. οὐ τοὺς λόγους βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι (scil. βλάβην ἡγούμενοι). III, 46 § 3. κακότης καὶ δειλία*: V, 100. κεφάλαιον*: IV, 50 § 2. οὐ γιγνώσκειν. κίνδυνος*: IV, 57 § 2. VI, 18 § 3. διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι.[2])

Praedicatum formam copulae cum genetivo substantivi coniunctae induit I, 120 § 3: ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν.

---

[1]) Habet Herodotus praeterea λόγιον, ὄνειδος, δέννος, ἡδονή, πρῆγμα, ὁσίη, συμφορή, ἀγών, ὥρη, ἀνωρίη.

[2]) Usener: mus. rh. XXV. p. 587 vocabula αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι interpolata censet, quem Stahlius sequitur.

Singulare[1]) exstat exemplum VI, 22 § 2: *πολλὴ γὰρ οὖσα οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι*, id est *πολλὴν γὰρ οὖσαν οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι*. Duae constructiones ea re inter se differunt, quod priore infinitivus passivo, altera activo sensu usurpatur. (De hoc Graecorum usu infra pauca sunt addenda.)

Infinitivus subiecti loco ponitur apud substantivum cum praepositione coniunctum: III, 59 § 1 *οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τάδε, οὔτε ἁμαρτάνειν οὔτε* .... Idem accidit III, 82 § 7, sed ita, ut praepositio casum comparativi regat: *ἀντιτιμωρήσασθαι περὶ πλείονος ἦν.*

§ 7b. Infinitivus subiecti loco ponitur apud neutra adiectivorum.

Item, ut apud substantiva, infinitivus subiecti loco ponitur apud neutra adiectivorum. Plerumque neutrum singularis praedicati vice fungitur: neutrum pluralis, cum apud Herodotum raro inveniatur, a Thucydide undecies est adhibitum.[2])

καλόν: I, 38 § 5. I, 81 § 5. III, 55 § 3. III, 94 § 3. V, 69 § 1. VII, 70 § 7. VIII, 2 § 1. VIII, 12 § 2. *αἰσχρόν*:* I, 38 § 5. II, 40 § 1 (bis). III, 63 § 3 (bis). § 4. IV. 86 § 6. *ὅσιον:* III, 56 § 2. *νόμιμον:* I, 85 § 2. *γενναῖον*:* I, 136 § 4. IV, 92 § 7. *εὔορκον*:* V, 18 § 11. V, 29 § 2. VI, 88 § 2. *εὔλογον*:* VI, 76 § 2. VI, 84 § 2. *σῶφρον*:* VI, 6 § 2. VI, 29 § 2. *εὐπρεπές*:* IV, 99. *ἀνεπίφθονον*:* I, 75 § 5. VI, 83 § 2. VIII, 50 § 5. *δίκαιον:* I, 123 § 1. II, 42 § 3. II, 87 § 3. III, 56 § 5. IV, 87 § 2. IV, 114 § 3. VI, 12 § 1. VI, 86 § 2. *ἄδικον*:* II, 63 § 2. *ἀνόητον*:* VI, 11 § 1. *δεινόν*:* I, 122 § 2. VII, 25 § 7. *ὠφέλιμον*:* VII, 47 § 4. *χρήσιμον*:* V, 92. VI, 53 § 2. *ἀναγκαῖον:* VI, 89 § 1. VII, 6 § 1. *ἐπίπονον*:*

1) De hac anticipatione confer Krueger: gr. gr. § 61, 6 adn. 8.

2) Herodoti sunt propria adiectiva *φίλον, ἡδύ, κακόν, ἐπιτήδεον, ἀμήχανον, μόρσιμον, ἴσον, κερδαλεώτερον, θεμιτόν, ἐλαφρόν.*

III, 58 § 2. *ἐπικίνδυνον**: II, 63 § 2. *ἀκίνδυνον**: I, 124 § 3. *χαλεπόν**: I, 22 § 1. II, 44 § 2. V, 74 § 3. VI, 34 § 4. VI, 38 § 4. VII, 87 § 4. VIII, 68 § 4. *ῥᾴδιον**: I, 99 § 2. V, 63 § 1. V, 64 § 4. VI, 9 § 3. VII, 44 § 1. VII, 47 § 4. VIII, 87 § 2. *ἄμεινον*: I, 91 § 5. IV, 91 § 1. V, 43 § 2. V, 47 § 12. VI, 9 § 1. VI, 34 § 2. VI, 99 § 2. *κράτιστον*: IV, 46 § 5. *κρεῖσσον*: III, 112 § 7. *ἄριστον*: V, 46 § 1. *ἐπιμελές**: I, 5 § 2. IV, 67 § 2 (inf. est *εἰδέναι*). *ἐπιχώριον**: IV, 17 § 2. *ἀσφαλές*: I, 107 § 3. *ἄξιον*: III, 62 § 4. *πάτριον**: I, 123 § 1. IV, 92 § 3. *εὔπορον**: IV, 78 § 2. *ἄπορον**: II, 77 § 1. IV, 26 § 7. IV, 34 § 2. *δυνατόν*: II, 28. II, 72 § 3. II, 102 § 2. III, 42 § 2. IV, 11 § 4. IV, 87 § 2. VI, 71 § 2. VIII, 40 § 3. *ἀδύνατον* (*τα*) I, 1 § 2. I, 59 § 2. I, 125. I, 138 § 4. II, 72 § 2. II, 74 § 1. II, 97 § 6. III, 43 § 4. III, 88 § 1. III, 102 § 5. IV, 1 § 3. IV, 15 § 2. V, 14 § 4. VII, 44 § 4. VIII, 60 § 1.

Unum exstat exemplum, quod genetivo substantivi cum copula coniuncti respondet: est enim neutrum pronominis possessivi I, 70 § 3: *τὸ ὑμέτερον . . . πρᾶξαι-πιστεῦσαι-οἴεσθαι.* Infinitivus pertinet ad adiectivum mente addendum ita, ut ex antecedente negatione adiectivi vi adversativae particulae *δέ* vel *ἀλλὰ* notio affirmativa eveniat his locis:

VI, 41 § 2: *διαβολὰς μὲν οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν τινὰς ἐς ἀλλήλους οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι, πρὸς δὲ τὰ ἐσαγγελλόμενα μᾶλλον ὁρᾶν*, scil. *σῶφρόν ἐστιν.* VI, 79 § 3 *ἀλλ' οὐ δίκαιον, ἀμύνειν δὲ καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν* (scil. *δίκαιον*). I, 35 § 4 . . . *δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε ἣν οὐ δίκαιον, ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους* et quae sequuntur.

§ 8. Infinitivus additur appositionis aut epexegeseos instar substantivo aut pronomini antecedenti subiecti vice fungenti.

Cuius rei habemus exempla II, 89 § 10: *ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν, ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυ-*

τικοῦ ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι . . . . IV, 36 § 4: *ὠμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι.* VI, 68 § 3 *παραστήτω δέ τινι καὶ τόδε πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι* . . . (ad *τινί* mente *ἡμῶν* est addendum et ex *ἡμετέρας* pronomen *ἡμᾶς* audiendum).

Eis igitur partibus absolutis, quibus mihi agendum erat de infinitivo absoluto et de infinitivo subiecti loco posito iam mihi accedendum est ad eum infinitivum, qui locum obiecti verborum transitivorum obtinet.

Ac primum quidem de solo infinitivo a verbis pendente mihi agendum est, deinde transeundum ad infinitivum cum casu nominis coniunctum.

---

§ 9. Solus infinitivus pendet a verbis voluntatis, cupiendi, consilii capiendi, similibus.[1])

βούλομαι: I, 20 § 2. I, 22 § 4. I, 27 § 1. I, 34 § 2. I, 37 § 2. I, 44 § 2. I, 52 § 1. I, 53 § 4. I, 57 § 6. I, 65 § 1. I, 69 § 5. I, 72 § 1. I, 73 § 1. I, 87 § 2. I, 93 § 6. I, 99 § 1. I, 105 § 3. I, 107 § 3. I, 115 § 2. I, 119 § 1. I, 128 § 7. I, 131 § 2. I, 137 § 1. I, 140 § 2. I, 141 § 7. II, 2 § 2. § 3. § 4. II, 8 § 5. II, 13 § 1. II, 33 § 1. § 2. II, 36 § 4. II, 42 § 4. II, 59 § 3. II, 67 § 1. II, 67 § 4. II, 73 § 1. II, 80 § 1. II, 83 § 2. II, 86 § 5. II, 88 § 1. § 3. II, 90 § 1. II, 91 § 4. II, 94 § 1. II, 95 § 1. III, 3 § 1. III, 4 § 2. III, 5 § 3. III, 11 § 1. III, 16 § 1. III, 29 § 2. III, 37 § 4. III, 38 § 6. III, 42 § 2. III, 43 § 2. III, 52 § 2 (bis). III, 60. III, 64 § 1. III, 65 § 2. III, 66 § 1. III, 69 § 2. III, 82 § 1. III, 91 § 2. III, 92 § 4. III, 96 § 2. III, 101 § 1. III, 105 § 4. III, 109 § 2. III, 110 § 1. III, 111 § 2. III, 113 § 6. III, 115 § 4. IV, 1 § 2.

---

1) Apud Herodotum praeterea haec voluntatis verba inveniuntur: *ἁμιλλέομαι καὶ προθυμέομαι, ἔσχε προθυμίην, θυμὸς ἐγένετο, ἵμερος ἐπῆλθε, ἵμερον ἔχω, ἐνέστακτο ἵμερος, ἐνένωτο, ἐπέχω, νοέω, ἐν νῷ ἐστιν — ἐγένετο, ποιοῦμαι βουλήν, ἱμειρέομαι, μέμονα, εὔχομαι, κατεύχομαι, ὤφελον.*

IV, 3 § 3. IV, 10 § 1. IV, 14 § 3. IV, 15 § 2. IV, 18 § 4. IV, 21 § 2. IV, 24 § 3. IV, 30 § 4. IV, 33 § 1. IV, 36 § 1. IV, 37 § 1. § 2. IV, 38 § 2. IV, 50 § 2. IV, 61 § 5. IV, 66 § 3. IV, 67 § 4. IV, 70 § 2. IV, 73 § 3. IV, 76 § 2. IV, 79 § 2. IV, 83 § 1. § 2. IV, 91 § 1. IV, 103 § 2. IV, 104 § 5. IV, 108 § 7. IV, 112 § 3. IV, 121 § 2. IV, 124 § 4. V, 2 § 4. V, 8 § 5. V, 10 § 3. V, 16 § 1. V, 21 § 3. V, 29 § 3. V, 30 § 1. V, 36 § 1. V, 38 § 2. V, 39 § 3. V, 41 § 2. V, 43 § 1. V, 45 § 3. V, 46 § 3. V, 47 § 6. V, 49 § 5. V, 50 § 4. V, 58 § 1. V, 61 § 1. V, 65 § 4. V, 76 § 2 (bis). § 3. V, 91 § 2. V, 103 § 2. V, 106. V, 110. V, 115 § 2. VI, 1 § 1. VI, 6 § 1. VI, 8 § 4. VI, 15 § 2. VI, 18 § 3. VI, 21 § 1. VI, 23 § 3. VI, 36 § 2. VI, 38 § 2. VI, 44 § 4. VI, 54 § 4. VI, 57 § 3. VI, 62 § 1. VI, 64 § 1. § 3. VI, 75 § 3. § 4. VI, 76 § 2. VI, 77 § 1. VI, 78 § 2. § 3. VI, 79 § 2. VI, 82 § 4. VI, 86 § 5. VI, 99 § 2. VI, 101 § 4. VI, 104 § 2. VII, 14 § 4. VII, 22 § 1. § 2. VII, 29 § 1. VII, 36 § 1 (bis). VII, 42 § 3. VII, 43 § 7. VII, 48 § 1. VII, 51 § 1. VII, 52 § 2. VII, 53 § 1. § 4. VII, 60 § 5. VII, 69 § 4. VII, 72 § 2. § 4. VII, 73 § 1. VII, 76. VII, 78 § 4. VII, 82 § 1. VIII, 9 § 3. VIII, 11 § 3. VIII, 17 § 2. VIII, 19 § 1. VIII, 26 § 2. § 3. VIII, 28 § 1. VIII, 29 § 1. VIII, 32 § 1. VIII, 44 § 3. VIII, 46 § 1. VIII, 48 § 5. VIII, 56 § 3 (bis). § 2. VIII, 57 § 1. § 2. VIII, 58 § 6. § 7. VIII, 70 § 2. VIII, 71 § 3. VIII, 75. § 2. VIII, 76 § 5. VIII, 79 § 6. VIII, 82 § 3. VIII, 87 § 1. VIII, 88. VIII, 92 § 1. VIII, 95 § 2. VIII, 104 § 4.

Uno exemplo copula cum neutro participii verbi finiti loco est usurpata: VII, 48 § 2: *καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τὰ πράγματα ἐνδοῦναι.*

Notanda[1]) est singularis constructio copulae cum dativo personae et participii coniunctae, quae in eis

1) Classen: „Beobachtungen über den homerischen Sprachgebrauch" p. 157.

enuntiationibus exstat, quibus significatur, quo affectu persona re quadam gesta vel consilio afficiatur. Participia esse possunt apud Atticos *ἡδομένῳ, ἀχθομένῳ, βουλομένῳ.*[1]) In eis igitur complexionibus infinitivus subiecti vice fungitur. Sunt exempla apud Thucydidem haec: II, 3 § 2 *τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιῶν οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι* et IV, 80 § 2 *καὶ ἅμα τῶν Εἱλώτων βουλομένοις ἦν . . . ἐκπέμψαι*: dativus personae hoc loco deest, sed facile *τισίν* potest addi. Confer etiam IV, 85 § 4 *οἰόμενοι βουλομένοις ἔσεσθαι.**

Iam pergo in variis verbis voluntatis afferendis. *θέλω, ἐθέλω*[2]): I, 27 § 1. I, 28 § 1. § 2. I, 39 § 1. I, 65 § 1. I, 75 § 2. I, 144 § 1. I, 144 § 2. II, 39 § 4. II, 41 § 5. II, 51 § 5. II, 64 § 1. II, 71 § 2. II, 61 § 4. III, 38 § 5. III, 55 § 3. III, 56 § 5. III, 91 § 2. IV, 9 § 2. IV, 13 § 3. IV, 22 § 2. IV, 48 § 1. IV, 57 § 2. IV, 59 § 2. IV, 73 § 4 (bis). IV, 85 § 7. IV, 98 § 7. IV, 104 § 2. IV, 107 § 1. IV, 108 § 5. IV, 122 § 5. V, 14 § 4. V, 15 § 2. V, 22 § 2. V, 72 § 1. V, 82 § 3. V, 84 § 2. VI, 33 § 4. VI, 34 § 2. VI, 38 § 4. VI, 46 § 2. VI, 56 § 3. VI, 78 § 3. VI, 79 § 1. VII, 6 § 1. VII, 18 § 2. § 3. VII, 72 § 4. VII, 73 § 3. VIII, 15 § 1. VIII, 45 § 5. VIII, 58 § 6. VIII, 72 § 2. VIII, 78 § 1. VIII, 86 § 2.

Unum exstat exemplum II, 89 § 11, ubi *ἐθέλειν* significationem consuetudinis habet: *οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι ὁμοῖαι εἶναι.*

ἐπιθυμέω: III, 84 § 1. IV, 117 § 1. V, 41 § 3. VI, 15 § 2. VII, 77 § 7. *χρῄζω*: III, 109 § 2. *μέλλω*[3]):

---

1) Simile quid apud latinos invenitur: cf. Sallust. Iug. c. 84 (volenti) c. 100 (volentibus).

2) Thucydides quinquagies forma *ἐθέλω*, quinquies forma *θέλω* utitur.

3) De origine huius verbi, quod proprie est verbum putandi, confer: Curtius: „Grundzüge der griechischen Etymologie p. 331", de tempore infinitivi pendentis Th. Forsmann: „Curtius Stud. VI, p. 40."

Prima verbi $\mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega$ vis ea est, ut adhibeatur, si id, quod quis vult, confestim efficietur. Hanc significationem si habet, cum infinitivo futuri, rarius cum infinitivo praesentis, raro cum infinitivo aoristi coniungitur. Quid intersit inter infinitivos futuri et praesentis, vix cognoscas. Invenitur autem hac significatione his locis:

inf. praes.: I, 45 § 2. I, 86 § 4. I, 134 § 3. § 4. II, 7 § 1. II, 81 § 1. II, 80 § 2. III, 82 § 5. IV, 9 § 1. IV, 52 § 4. IV, 67 § 3. IV, 75 § 1. IV, 77 § 1. IV, 92 § 1. IV, 116 § 2. V, 9 § 1. V, 116 § 1. VI, 21 § 2. VI, 42 § 1. VII, 31 § 1. § 4. VII, 50 § 4. VII, 69 § 2. VII, 83 § 4. VIII, 5 § 2. VIII, 79 § 5. VIII, 85 § 2. inf. fut.: I, 10 § 4. I, 22 § 1. I, 107 § 3 (bis). I, 114 § 1. I, 130 § 1. I, 134 § 4. II, 8 § 2. II, 12 § 3. II, 13 § 9. II, 18 § 1. II, 24 § 1. II, 67 § 3. II, 71 § 1. II, 76 § 4. II, 89 § 5. III, 49 § 4. III, 70 § 6. III, 75 § 2. III, 115 § 5. IV, 8 § 7. IV, 17 § 1. IV, 24 § 3. IV, 46 § 5. IV, 76 § 3. IV, 94 § 2. IV, 108 § 6. IV, 115 § 2. IV, 122 § 1. IV, 124 § 4. IV, 125 § 2. IV, 132 § 2. V, 38 § 4. V, 66 § 1. V, 69 § 1. VI, 8 § 1. VI, 20 § 2. VI, 32 § 1. VI, 42 § 1. VI, 66 § 1. VI, 90 § 3. VI, 96 § 1. VI, 99 § 2. VI, 104 § 1. VII, 2 § 2, VII, 22 § 1. VII, 32 § 1. VII, 60 § 2. VII, 78 § 4. VIII, 2 § 3. VIII, 6 § 5. VIII, 24 § 5. VIII, 27 § 1. VIII, 51 § 1. § 2. VIII, 73 § 2. VIII, 87 § 3. VIII, 88. inf. aor.: III, 92 § 2. V, 30 § 1. V, 98. VI, 31 § 1.

Deinde verbum eam vim assumpsit, ut id exprimeret, quod ex alius iussu instat: nos dicimus „sollen.“ inf. praes.: II, 16 § 2. IV, 4 § 2. VII, 4 § 3. inf. futuri: I, 132 § 5. II, 67 § 1. III, 16 § 3. III, 22 § 3. IV, 1 § 4. V, 75 § 1. VI, 90 § 4. VIII, 23 § 5. Tum $\mu\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omega$ de eo usurpatur, quod ex rerum natura erat exspectandum.

inf. praes.: II, 75 § 2 (konnte). I, 68 § 2. inf. fut.: II, 8 § 3. III, 11 § 1. § 3. III, 12 § 2. III, 20 § 3.

IV, 66 § 4. IV, 117[1]) § 2. V, 11 § 1. VI, 29 § 3. VI, 31 § 6. VII, 60 § 2. VII, 62 § 1. VII, 73 § 3. VIII, 66 § 1.

Subiectum ex enuntiatione primaria ad secundariam est audiendum VIII, 39 § 2: τῶν τε ἄλλων ξυνεπιμελεῖσθαι ᾗ μέλλει ἄριστα ἕξειν. Ex principali verbi μέλλω significatione vis cunctandi orta est. Tria habemus apud Thucydidem exempla: I, 86 § 2. I, 124 § 1. VI, 10 § 5. Eodem modo compositum ἀντιμέλλω est usurpatum III, 12 § 3*: εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι, καὶ ἀντιμελλῆσαί τι ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνους ἰέναι.[2])

Liceat mihi statim cetera cunctandi verba cum infinitivo coniuncta afferre: ὀκνεῖν*: I, 120 § 3. V, 61 § 1. κατοκνεῖν*: II, 18 § 5. ἀποκνεῖν*: IV, 11 § 4. — διανοοῦμαι: I, 18 § 2. I, 141 § 1. II, 100 § 5. III, 33 § 2. IV, 48 § 2. IV, 72 § 1. IV, 115 § 2. IV, 121 § 1. IV, 125 § 2. V, 9 § 2. V, 10 § 9. V, 43 § 2. V, 52 § 2. V, 65 § 2. VI, 88 § 10. VI, 93 § 3. VI, 96 § 1. VI, 98 § 2. VII, 12 § 2. VII, 27 § 2. VII, 56 § 1. VIII, 2 § 4. VIII, 8 § 1. VIII, 11 § 3. VIII, 15 § 2. VIII, 50 § 3. VIII, 55 § 2. VIII, 100 § 4. VIII, 109 § 1. διάνοια ἦν*: IV, 52 § 3 καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια τάς τε ἄλλας πόλεις ἐλευθεροῦν καὶ κρατυνόμενοι αὐτὴν . . . ῥᾳδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι . . . κακώσειν: anacoluthia est notanda; nam postrema ita scripta sunt, quasi διενοοῦντο antecederet. ἐπινοῶ: V, 4 § 2. VII, 72 § 2. VIII, 11 § 2. ὀργῶμαι*: II, 21 § 3. ἐν νῷ ἔχω: IV, 8 § 5. προςέχω τὸν νοῦν*: VI, 93 § 2 ὥστε τῇ ἐπιτειχίσει τῆς Δεκελείας προςεῖχον ἤδη τὸν νοῦν καὶ τὸ παραυτίκα καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ πέμπειν τινὰ τιμωρίαν. δέχομαι* (animum inducere): I, 143 § 2. προθυμοῦμαι: IV, 9 § 2 co-

1) De hoc loco uberius egerunt: Herbst: philol. XVI, p. 313. Gohlisch: Jb. f. Ph. 1863, p. 47. Stahl: „Ztschr. f. Gymn.“ 1866, p. 635, cuius constructionem sum secutus.

2) Confer ad hunc locum Classeni adnotationem criticam.

dices haec exhibent: *σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι.*

Classenus propter propinquam genetivi absoluti positionem recte *τεῖχος* subiectum ad *ἐπισπάσασθαι* intellexisse sibi videtur, deinde ab infinitivo *ἐπισπάσασθαι* infinitivum futuri *προθυμήσεσθαι* pendere vult, qua in sententia ipse haesitat. Goellerus vix recte putat, eam ob causam infinitivum futuri ab *ἐπισπάσασθαι* pendere posse, quia in tota sententia futurae rei significatio insit. Poppo autem coniecturam Blomfieldi *ἐπισπάσεσθαι* passivo sensu [1]) usurpatum recipit et ita vertit: „so würden sie, glaubte er, bereit sein sich dahin locken zu lassen." Classenus negat *προθυμεῖσθαι* hoc loco vim „geneigt sein" habere posse, cuius rei causam non video.

Reliqua exempla verbi *προθυμεῖσθαι* cum infinitivo coniuncti haec sunt: V, 50 § 1. V, 71 § 1. VII, 70 § 8 VIII, 2 § 1. VIII, 9 § 1.

Restat, ut de duobus verbis agam, quae primitus sunt verba putandi, paullatim autem hanc vim amiserunt et in verba voluntatis transierunt, *δικαιοῦν* et *ἀξιοῦν*. De verbo *ἀξιοῦν* Buttmannus in editione Midianae (p. 165) docte agit. „Huius verbi, inquit, significationes tam miram in quadam tamen vicinia diversitatem praebent, ut non raro insit ansa dabitandi . . . Tenendum est ei significationi, quae huius verbi ex etymo propria est, „dignum iudicare", quotiens aliud inde verbum in infinitivo pendet, statim admisceri notionem voluntatis: quae cum partim ad alias, partim ad proprias actiones spectet, nascuntur inde duae significationes principales, altera postulandi, altera se ipsum praebendi." Qua ratione adductus verba in hac paragrapho tractanda esse putavi. [2])

---

1) Constat futura medii generis saepe passive usurpari, maxime in verbis puris, quorum futura passivi longiora sunt. Confer Janson: „XIX. Suppl. Bd. Jb. f. Ph." p. 506.

2) Praeterea confer de his verbis: Th. Forsmann: „Curtius Stud. Bd. VI, p. 22."

δικαιόω: II, 41 § 5. II, 61 § 4. II, 67 § 1. VI, 89 § 6. VIII, 68 § 1. Multo autem latius usus verbi ἀξιοῦν valet. In significatione huius verbi constituenda discernendum est, utrum actio ad alios an ad subiectum spectet. Apud nos verbum „verlangen" eadem in condicione est. Si actio ad subiectum spectat, significationes verbi ex primigenia vi „für würdig halten" ita oriuntur, ut in aliis subiectiva vis (für seine Pflicht halten, IV, 64 § 1) in aliis obiectiva (für sein Recht halten, VII, 15 § 2) constituatur. Ex his duabus notionibus omnes ceterae significationes derivari possunt, ex priore „entschlossen sein (II, 43 § 1 al.), sich entschliessen" (III, 40 § 5), ex altera „in Anspruch nehmen" (I, 54 § 2. V, 41, § 2), sich vermessen (I, 131 § 2), sich zutrauen (IV, 65 § 4), „hoffen" (VII, 15 § 2). Iam singula exempla enumerabo: I, 22 § 2. I, 43 § 1 (in sequentibus est mutatio subiecti notanda) I, 42 § 1. I, 54 § 2. I, 122 § 3. I, 132 § 2. § 5. II, 11 § 8. II, 43 § 1 (bis). II, 53 § 2. II, 64 § 4. III, 38 § 1. III, 39 § 3. III, 40 § 4. III, 40 § 5. III, 46 § 4. III, 64 § 2. III, 66 § 4. III, 84 § 3. IV, 64 § 1. IV, 65 § 4. IV, 66 § 2. IV, 83 § 4. IV, 122 § 5. V, 26 § 2. V, 41 § 2. VI, 10 § 5. VI, 87 § 1. VI, 92 § 2. VII, 15 § 2. VII, 25 § 9. VII, 34 § 6. VII, 63 § 1. § 4. VII, 66 § 3. VIII, 43 § 3. Ad aliam personam actio spectat: I, 133 § 1. II, 42 § 4. IV, 78 § 1. IV, 98 § 7. V, 35 § 6. V, 50 § 1. VII, 50 § 3. VII, 75 § 4. VIII, 56 § 4.

Notandus est usus verbi ἀξιοῦν cum negatione coniuncti. In eis enim verbis est, quae negationem ex enuntiatione secundaria ad se attrahunt.[1]) Etiam hanc in formam significatio verbi in eo est posita, utrum actio infinitivi pendentis ad subiectum an ad aliam personam spectet. Ad subiectum pertinet: I, 102 § 4 οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν (unter seiner Würde

---

1) De hoc usu confer: Classen: „Beobachtungen" etc., p. 210. Krueger: gr. gr. § 67, 1. adn. 2.

halten) III, 61 § 2. IV, 78 § 4 *οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἴργεσθαι* (er erwarte sicher nicht daran verhindert zu werden). IV, 86 § 2. Ad aliam personam spectat: II, 89 § 1 *οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀῤῥωδίᾳ ἔχειν* (indem ich nicht erwarte). Singularis est locus I, 136 § 4: *οὐκ ἀξιοῖ φεύγοντα τιμωρεῖσθαι*, id est *οὐκ ἄξιον εἶναί φησι φεύγοντα τιμωρεῖσθαι.*

§ 10. Verba *ἐφετικά* quae vocantur.[1])

Constat verba *ἐφετικά* a verbis voluntatis ea re differre, quod consilium sive viam indicant, qua quis propositum assequi studet.

πειρᾶν, πειρᾶσθαι: I, 25 § 1. I, 31 § 2. I, 50 § 5. I, 71 § 7. I, 78 § 4. I, 81 § 3. I, 143 § 1. 144 § 5. II, 5 § 5. II, 85 § 3. II, 58 § 1. II, 65 § 1. II, 72 § 2. III, 38 § 2. III, 39 § 1. III, 54 § 1. III, 62 § 5. III, 63 § 1. III, 97 § 1. IV, 9 § 2 IV, 12 § 1. IV. 55 § 2. IV, 35 § 3. § 4. IV, 41 § 3. IV, 59 § 4. IV, 60 § 2. IV, 61 § 2. IV, 66 § 4. IV, 85 § 2. IV, 87 § 2. IV, 92 § 4. IV, 102 § 2. IV, 126 § 1. IV, 128 § 1. IV, 129 § 4. V, 35 § 5. V, 38 § 4. V, 98. V, 112 § 2. VI, 18 § 6. VI, 34 § 1. § 5. VI, 38 § 4. VI, 40 § 2. VI, 48. VI, 87 § 3. VI, 88 § 7. VI, 92 § 4. VII, 70 § 2. § 5. VIII, 3 § 1. VIII, 63 § 3. VIII, 76 § 4.[2]) *ἐγχειρέω**: VIII, 24 § 6. *ἐπιχειρέω:* II, 89 § 4. VIII, 86 § 1 *ζητέω:* III, 39 § 2. *ἄρχομαι:* I, 5 § 1. I, 25 § 4. I, 103 § 4. I, 107 § 1. II, 47 § 3. II, 68 § 2. III, 18 § 5. IV, 132 § 1. V, 15 § 2. V, 32 § 3. V, 60 § 6. VI, 46 § 2. *παρασκευάζομαι:* I, 27 § 2. I, 89 § 3. I, 114 § 5. III, 3 § 2. III, 110 § 2. IV, 79 § 1. V. 58 § 2. V, 83 § 4. VI, 41 § 2. VII, 35 § 1. VIII, 49. VIII, 87 § 1. *σπεύδω:* IV, 87 § 5. V, 39 § 3. *ἐπείγομαι**: IV, 105 § 1. V, 9 § 7. VI,

---

1) Leguntur praeterea apud Herodotum *σπουδὴν ποιοῦμαι, ἔχω σπουδήν, ὑπέδυσαν ποινήν, ἀνέχομαι, δίζημαι, ἀνάρτημαι.*

2) Thucydides plerumque medio utitur. Inter quinquaginta quinque exempla quinque activi exstant. Discrimen vix potest cerni.

32 § 2. VII, 42 § 4. VIII, 7 § 1. VIII, 46 § 1. VIII, 104 § 4. *γλίχομαι**: VIII, 15 § 1.

Complexio similis argumenti est *οὐδὲν ἀπολείπω προθυμίας*, quae legitur VIII, 22 § 1: *οὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας ἄνευ τε Πελοποννησίων πλήθει παρόντες ἀποστῆσαι τὰς πόλεις.*

*πράσσω** (operam do): VIII, 64 § 4. *ἐφίεμαι**: VI, 6 § 1. *ὀρέγομαι**: III, 42 § 6. *τεχνῶμαι**: IV, 26 § 9 *παντί τε τρόπῳ ἑκάτεροι ἐτεχνῶντο, οἱ μὲν ἐςπέμπειν τὰ σιτία, οἱ δὲ μὴ λανθάνειν σφᾶς* (scil. *ἐκείνους*.) *ἀγωνίζομαι**: III, 38 § 2. III, 82 § 8. IV, 87 § 6 *διακινδυνεύω** (periculum facio): VII, 1 § 1. *αἱρέομαι*: III, 59 § 3. *ὁρμάομαι*: II, 59 § 2. III, 45 § 7. III, 92 § 4. IV, 27 § 1. IV, 29 § 2. VI, 6 § 1. VI, 19 § 1. VI, 20 § 1. VIII, 73 § 3. VIII, 86 § 6.

Contendendi notio cognoscitur etiam in verbo *φθάνω**: III, 82 § 7 *ὁ φθάσας θαρσῆσαι* (der zuerst sich fasste.) *ὑποτίθεμαι** (mihi propono): V, 90 *ἐπειδὴ . . . τὸ ξυμφέρον λέγειν ὑπέθεσθε.* *μεταλαμβάνω**: (consilio mutato aliam viam ingredior) VI, 87 § 5 *ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε.* *τολμάω*: I, 74 § 3. I, 93 § 3. I, 124 § 1. II, 83 § 3. III, 22 § 6. III, 36 § 2. III, 79 § 2. IV, 28 § 2. VI, 86 § 4. VII, 21 § 4. VII, 59 § 3. VIII, 24 § 5. VIII, 96 § 3.

De uno loco IV, 73 § 4 plura dicere necesse est. Codices eum ita exhibent: *τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν.* Classenus, qui recte animadvertit hoc membro, ut recta evadat sententia, dici oportere Peloponnesios sine dubitatione partem copiarum pro victoria ab Atheniensibus reportanda morti oblaturos esse, cum Goellero pro *ἕκαστον* scribit *ἑκάστων* et *τοῖς δέ* in *τοὺς δέ* mutat. Iam omnia recte procedere, *τοὺς δέ* ad Peloponnesios esse referendum, *μέρος* obiectum esse ad *κινδυνεύειν*, tres infinitivos hac structura nihil miri habere. Iam vero non video, quid *τῶν παρόντων μέρος ἑκάστων* sibi velit. Mihi res simpli-

cissima videtur esse: cum Classeno *τοῖς δέ* in *τοὺς δέ* muto, in ceteris codicum lectionem sequor.

Thucydides enim id dicere vult, Peloponnesios unamquamque (*ἕκαστον*) partem copiarum suarum, vel optimarum, libenter esse morti oblaturos, ut Athenienses vincerent: qui quidem, si ipsi vincunt, nihil nisi Megara capiunt, si vincuntur, optimis gravis armaturae militibus privantur. At quid *ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων* significat? His vocabulis Thucydides significat, Peloponnesios victoriam ab Atheniensibus reportandam tanti aestimare, ut vel totius sociorum exercitus partem, si totus adesset, optimam morti oblaturi essent, multo magis *τοὺς παρόντας* hostibus opponerent.

In hoc loco emendando etiam Goetzius[1]) operam consumpsit, qui ita scribit: *τοὺς δέ, ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος* (qui partem totius exercitus et praesentium efficerent), *ἕκαστον κίνδυνον εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν.* In hac coniectura duae res scrupulum movent: primum enim dubito, num a verbo *τολμᾶν* accusativus *κίνδυνον* pendere possit, deinde appositio illa est absurda. Nam *τοὺς δέ* sane *μέρος ξυμπάσης τῆς δυνάμεως*, id est Atheniensium hostium sunt, non sunt *μέρος τῶν παρόντων*, sed *οἱ παρόντες* ipsi.

θεραπεύω (caveo)*: VI, 61 § 5 *θεραπεύοντες τό τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα . . βουλόμενοι.* Recte Classenus dicit particulam *τε* post *τό* positam nihil habere, quo referatur: simile enim dictionis membrum, quod exspectetur, celeri narrationis decursu participio *βουλόμενοι* compensari: in eo autem errasse mihi videtur, quod articulum *τό* hoc loco eodem modo usurpatum esse dicit, quo post verba *εἴργω* et similia,[2]) ubi transitum ad infinitivum efficit. Equidem arbitror verbum *θορυβεῖν* hoc

1) Goetz: de genetivi usu Thucydideo, Diss. Halens. 1883, p. 27.

2) Confer: II, 81 § 4. III, 1 § 1. VI, 1 § 2. VII, 33 § 3. VII, 53 § 4.

loco transitive esse usurpatum et ita vertendum: „indem sie verhüten wollten, ihr Verhältnis (τὸ πρός) zu ihren Soldaten sowohl wie zu ihren Feinden in ein falsches Fahrwasser zu leiten.“ Utrumque enim accidere poterat: milites verisimile erat gravi ira et indignatione motum iri, si ducem vinctum vidissent, hostes autem magna vincendi spe exultaturos esse, si comperissent Athenienses belli ducem ex discordia intestina in vincula coniecisse.

§ 11. Verba decernendi, statuendi.[1])

ψηφίζομαι: I, 125. V, 27 § 2. V, 80 § 1. VI, 6 § 3. VI, 8 § 2. VI, 31 § 1. VI, 93 § 4. VII, 16 § 1. VII, 47 § 3. VIII, 6 § 4. VIII, 15 § 1. VIII, 97 § 1. *ψήφισμα ποιοῦμαι*:* IV, 122 § 6. *βουλεύω, βουλεύομαι:* II, 74 § 1. IV, 41 § 1. IV, 57 § 4. IV, 59 § 4. V, 71 § 1. VII, 60 § 2. *ἐπιβουλεύω:* III, 20 § 1. *γιγνώσκω:* IV, 88 § 1. *ξυνδιαγιγνώσκω*:* II, 64 § 1. *μεταγιγνώσκω*:* I, 44 § 1. *γνώμη ἐστίν*:* I, 53 § 2. II, 12 § 2. *σκέπτομαι** (secum reputare et consilium capere) VIII, 63 § 4 *Ἀλκιβιάδην μὲν ἐᾶν. ἐπηρμένοι ἦσαν:* VII, 51 § 1. *μὴ ἀνιέναι.*

§ 12. Verba efficiendi, facultatem habendi.[2])

δύναμαι: I, 3 § 2. I, 42 § 3. I, 68 § 1. I, 103 § 1. I, 110 § 2. I, 130 § 1 (bis). § 2. I, 141 § 4. II, 8 § 4. II, 19 § 1. II, 25 § 4. II, 68 § 9. II, 70 § 1. II, 76 § 2. II, 77 § 2. § 3 II, 100 § 3. III, 5 § 4. III, 20 § 1. III, 42 § 2. III, 46 § 2. III, 52 § 1. § 2. III, 83 § 2. III, 89 § 2. III, 95 § 1. III, 105 § 4. IV, 33 § 2 (bis). IV, 34 § 1. IV, 44 § 5. IV, 60 § 1. IV, 98 § 4. IV, 108 § 1. IV, 129 § 4. V, 55 § 2. V, 68 § 2. V, 72 § 1. V, 76 § 2. VI, 11 § 1. VI, 17 § 8. VI, 22 § 1. VI, 88 § 6. VI, 104 § 2.

---

1) Praeterea apud Herodotum inveniuntur *ἀναγινώσκω, τίθεμαι ψῆφον.*

2) Herodoti sunt propria *ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι, προτράπω, ἀποτράπω, μετέρχομαι, ἐπέρχομαι, ἐπὶ νόον ποιέω, ἐπὶ νόον τράπω, δύναμιν ἔχει, λαγχάνω, ἰθύνω, εὑρίσκομαι, γνώμῃ νικάω, καταδέξαι, ἔδραμε, ἀπομνημονεύω.*

VII, 4 § 1. VII, 11 § 3. VII, 36 § 6. VII, 38 § 1. VII, 55 § 2. VII, 56 § 2. VII, 79 § 2. VIII, 5 § 5. VIII, 31 § 3. VIII, 52 § 1. VIII, 62 § 3. VIII, 68 § 1. VIII, 105 § 2. VIII, 108 § 5.

ἔχω: I, 36 § 3. I, 90 § 2. I, 137 § 4. I, 143 § 4. II, 37 § 1. II, 48 § 3. II, 65 § 9. III, 46 § 4. IV, 34 § 3. IV, 83 § 3. IV, 85 § 6. V, 105 § 4. V, 110. VI, 2 § 1. VI, 60 § 2. VII, 14 § 4. VIII, 76 § 6. *παρέχω*:* III, 63 § 2. *προάγω*:* III, 45 § 6. *ἐπικρατέω*:* VI, 74 § 1. *ἀναγκάζω:* I, 28 § 3. I, 71 § 3. II, 83 § 1. § 3. I, 136 § 1. III, 2 § 1. III, 4 § 2. III, 27 § 1. III, 33 § 3. III, 71 § 2. III, 90 § 3. IV, 25 § 1. IV, 27 § 4. IV, 59 § 2. V, 7 § 1. V, 25 § 3. V, 36 § 1. VI, 24 § 1. VI, 69 § 1. VI, 87 § 2. VII, 13 § 1. VII, 57 § 6. VII, 60 § 3. VII, 71 § 2. VII, 74 § 4. VII, 77 § 5. VII, 84 § 3. VIII, 3 § 1. VIII, 57 § 1. VIII, 61 § 1. VIII, 88. VIII, 95 § 2. § 3. *καταναγκάζω:* I, 75 § 3.* *ἀνάγκην ἔχω:* V, 104.* *βιάζομαι*:* IV, 29 § 4. IV, 98 § 5. VII, 45 § 2.

Unum exstat exemplum, ubi *βιάζομαι* non „zwingen", sed „erzwingen, sein äusserstes thun" significat, VII, 79 § 1 *ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν.* Verbum efficiendi quodam modo etiam *ἀποκρύπτεσθαι** est, quatenus quidem, qui quid celat, efficere studeat, ut clam faciat. Invenitur II, 53 § 1 *ῥᾶον γὰρ ἐτόλμα τις ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ' ἡδονὴν ποιεῖν.* Negatio *μή* ex negativa verbi natura est repetenda: simile quid legitur apud Lysiam VII § 18: *οἳ οὐ μόνον ἀλλήλων ταὔτ' ἴσασιν ἃ πᾶσιν ὁρᾶν ἔξεστιν, ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι.* Ita codices locum exhibent: Scheibius coniecit *ἀποκρυπτόμενοι οἰόμεθα,* iniuria, si quid video.

Similis ratio est compositi *ἐπικρύπτεσθαι** VIII, 92 § 11: *ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ἔτι τῶν πεντακισχιλίων τῷ ὀνόματι μὴ ἀντικρὺς δῆμον ὅστις βούλεται ἄρχειν ὀνομάζειν.* *καθίστημι** (rem eo deduco): IV, 117 § 3 *καταστήσαντος αὐτοῦ τῶν μὲν στέρεσθαι, τοῖς δὲ . . . κινδυνεύειν.*[1])

1) Locus vexatissimus, de quo egerunt. Herbst: philol. XVI, p. 313. Gohlisch: „Ib. f. Phil." 1863, p. 47. Stahl: „Ztschr. f. Gymn." 1866, p. 635.

§ 13. Verba putandi, cogitandi, sciendi, discendi, dubitandi.[1])

νομίζω: I, 57 § 5. I, 84 § 4. I, 124 § 2. I, 140 § 4. II, 3 § 2. II, 62 § 3. II, 63 § 1. II, 70 § 4. II, 81 § 4. III, 13 § 1. III, 13 § 5. III, 58 § 5. III, 65 § 1. III, 94 § 2. III, 95 § 1. IV, 2 § 3. IV, 58 § 1. IV, 83 § 6. IV, 86 § 4. IV, 87 § 3. IV, 120 § 2. IV, 123 § 1. V, 1 § 1. V, 8 § 4. V, 30 § 2. V, 32 § 3. V, 34 § 2. V, 37 § 2. V, 42 § 1. § 2 (bis). V, 43 § 3. V, 46 § 5. V, 60 § 2. V, 104. V, 111 § 2. § 9. VI, 14. VI, 24 § 1. VI, 82 § 3. VI, 91 § 6. VI, 92 § 5. VI, 93 § 1. VI, 103 § 3. VII, 8 § 1. VII, 17 § 3. VII, 18 § 2. VII, 34 § 3 (bis). VII, 36 § 3. VII, 77 § 6. VIII, 5 § 5. VIII, 47 § 1. VIII, 56 § 5. VIII, 75 § 3. VIII, 109 § 1. Unum exstat exemplum V, 7 § 4, ubi *νομίζειν* idem significat quod nostrum „gedenken, beabsichtigen“: *ἀπιέναι τε ἐνόμιζεν, ὅταν βούληται, ἀμαχεί.* De loco IV, 18 § 4 paullo accuratius mihi agendum. Codices haec exhibent: *τόν τε πόλεμον* (quae antecedunt, difficilia illa quidem sunt, sed ad nostram rem non pertinent) *νομίσωσι μὴ καθ᾽ ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν, τούτῳ ξυνεῖναι.* Poppo, Kruegerus, Boehmius *τὸν πόλεμον τούτῳ ξυνεῖναι* a verbo *νομίσωσι* pendere volunt. Hoc fieri non posse Stahlius [2]) recte adnotat: *τούτῳ* enim ad *τις* esse referendum, quod falsum sit: complexionem *ὁ πόλεμος ξύνεστί τινι* poeticam et singularem esse: *αὐτῶν*, quod sequitur, quo referatur, non intellegi posse. In ea quoque re cum Classeno consentit, quod *τὸν πόλεμον* a *μεταχειρίζειν* pendere vult, dissentit, quod infinitivum ad *νομίσωσι* refert. Vertit igitur „welche glauben den Krieg nicht nach einem beliebigen Teile zu handhaben, um sich mit diesem zu befassen.“ („Infintiv der beabsichtigten Folge.“)

Verum Classenus, ut saepe, cognosse mihi videtur: *πόλεμον* est obiectum infinitivi *μεταχειρίζειν*, qui a *βούληται*

---

1) Herodotea sunt: *περὶ πλείστου ἄγω, δεινόν-ὅσιον ποιοῦμαι, ἐπιλέγομαι, προςδοκέω, ἔφερε ἡ γνώμη, συμβάλλομαι, ἀγνεύω.*

2) „Zeitschr. f. Gymn.“ 1866, p. 633.

pendet, *τούτῳ* ad *μέρος* est referendum „was aber den Krieg anbetrifft, glauben, nicht in welchem Verhältnis ihn einer handhaben will, in dem mit ihm zu thun zu haben.“ *οἴομαι**: I, 69 § 3. I, 70 § 3. § 4. I, 141 § 7. I, 143 § 5. II, 62 § 2. III, 31 § 1. III, 39 § 3. III, 45 § 7. III, 53 § 1. IV, 26 § 4. IV, 55 § 4. IV, 59 § 2. IV, 62 § 3. IV, 63 § 1. IV, 70 § 1. IV, 85 § 4. IV, 128 § 1. V, 10 § 3. V, 14 § 3. V, 105 § 1. VI, 17 § 3. VI, 32 § 3. VI, 61 § 1. VI, 87 § 4. VI, 91 § 4. VI, 92 § 1. VII, 13 § 2. VII, 40 § 2. VII, 67 § 4. VII, 72 § 4. VIII, 65 § 2. *ἡγοῦμαι:* I, 2 § 2. I, 70 § 7. III, 37 § 2. III, 42 § 4. V, 8 § 3. V, 40 § 3. VI, 33 § 2. VI, 40 § 1. VI, 78 § 1. VI, 89 § 3. VI, 92 § 4. VI, 102 § 1. VII, 34 § 7. VII, 14 § 4. *πιστεύω**: I, 32 § 2. I, 131 § 2. II, 22 § 1. II, 62 § 4. V, 7 § 3. V, 104. *ἀπιστέω**: VIII, 1 § 1. *ὑποτοπέω**: I, 20 § 2. V, 31 § 3. *ἐνδοιάζω**: I, 36 § 1. *δοκέω:* primum ea exempla mihi sunt afferenda, quae simplicem verbi quod est „videri“ significationem praebent, tum quae putandi. I, 10 § 1. I, 39 § 1. I, 77 § 1. § 4. I, 81 § 5. I, 122 § 3. I, 120 § 5. I, 132 § 3. I, 143 § 3. II, 20 § 4. II, 21 § 2. II, 65 § 7. II, 79 § 2. III, 11 § 6. III, 36 § 2. III, 66 § 2. III, 95 § 1. IV, 74 § 3. IV, 85, § 6. IV, 104 § 2. IV, 114 § 4. IV, 118 § 9. V, 50 § 4. V, 59 § 4. V, 72 § 1. V, 83 § 4. V, 85. VI, 17 § 1. VI, 24 § 2. VI, 25 § 2. VI, 27 § 3. VI, 61 § 1. § 2. VII, 1 § 4. VII, 11 § 4. VII, 73 § 4. VIII, 24 § 5. VIII, 33 § 4. VIII, 40 § 2. VIII, 73 § 4. VIII, 82 § 3. VIII, 86 § 4. VIII, 94 § 1. Dativus accedit: I, 9 § 1. § 3. I, 22 § 1. I, 83 § 1. I, 44 § 2. I, 70 § 1. I, 87 § 2. II, 8 § 4. II, 11 § 3. *εἴ τῳ δοκοῦμεν ἐπιέναι καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι* (scil. *δοκεῖ.*) Contrarium habes II, 17 § 2: *καί μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον ξυμβῆναι: οὐ γὰρ . . . αἱ ξυμφοραὶ γενέσθαι τῇ πόλει.* II, 41 § 1. II, 42 § 4. II, 43 § 1. III, 12 § 2. III, 13 § 5. III, 89 § 5. III, 92 § 4. IV, 27 § 4. V, 12 § 1. V, 41 § 3. V, 47 § 12. VI, 18 § 7. VI, 33 § 1. VI, 37 § 2. VI, 53 § 3. VI, 60 § 1. VI, 70 § 1. VI, 76 § 2. VI, 80 § 1. VI, 100 § 1. VII, 66 § 1. VII, 69 § 2. VIII, 48 § 4. VIII, 54 § 2.

VIII, 56 § 3. VIII, 92 § 10. Dignum est exemplum I, 3 § 2, quod accuratius exscribatur: *δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, καὶ τὰ ἔθνη δὲ ἄλλα . . . παρέχεσθαι, Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων ἰσχυσάντων . . . καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας*, qui locus ita est comparatus, ut primum *δοκεῖ δέ μοι* parenthetice sit dictum, ita ut enuntiatio *οὐδὲ . . . εἶχεν* verbo finito efferatur: tum autem a notione *δοκεῖν* infinitivi *εἶναι* et *παρέχεσθαι* pendent, ad extremum autem Thucydides ab hac quoque structura aberrat et accusativum cum infinitivo ponit, omisso pronomine *αὐτούς*.[1])

Si dativus, verbo *δοκεῖν* additus est dativus pronominis personalis eiusdem personae, verbum significationem putandi induit, ut VI, 38 § 4: *δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν*. Etiam dativo amisso verbum hanc vim retinuit: I, 126 § 6. II, 18 § 4. IV, 36 § 1. V, 7 § 4. VII, 41 § 4. *δόκησιν παρέχω**: II, 84 § 1 *ἐμβαλεῖν*. *φαίνομαι*: I, 44 § 3. II, 3 § 3. *γιγνώσκω*: V, 82 § 4. *τὴν γνώμην ἔχω**: II, 86 § 5. III, 31 § 2 *τὸ πλεῖστον τῆς γνώμης εἶχεν προςμῖξαι*. III, 92 § 4. VIII, 44 § 1. *γνώμη ἐστίν**: VI, 47 § 1. *διδάσκω**: I, 136 § 3. IV, 46 § 5. VII, 18 § 1. *μανθάνω*: I, 36 § 2. *ἐπίσταμαι*: VII, 30 § 2. *κρίνω**: II, 53 § 4. *κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μή*. *περὶ πλείονος ποιοῦμαι*: IV, 117 § 2. *πρὸ παντὸς τιμῶμαι**: III, 40 § 7. *καταφρονέω* (despicientem cogitare) III, 83 § 4. *αἰσθάνομαι**: V, 4 § 6. *λογίζομαι*: IV, 28 § 5. VI, 18 § 4. VIII, 2 § 4.

Iam restat, ut infinitivos absolute positos enumerem, qui in oratione obliqua e notione putandi pendent: II, 20 § 4. III, 42 § 2. IV, 73 § 2. § 3. V, 59 § 4. VI, 64 § 1. VI, 99 § 2.

---

1) Similem structurae mutationem habes IV, 62 § 2.

§ 14. Verba impediendi, sinendi, abstinendi sim.[1])

ἐάω: I, 28 § 3. I, 127 § 3. I, 133 § 1. I, 142 § 7. III, 48 § 1. V, 41 § 2. V, 56 § 2. VI, 48. VI, 72 § 2. § 5. VII, 48 § 2. VIII, 46 § 5. VIII, 84 § 5. *περιοράω:* I, 35 § 4. *κωλύω*:* I, 27 § 2. IV, 87 § 3. VI, 83 § 4. VI, 88 § 10. VII, 27 § 4. VII, 32 § 1. *διακωλύω:* III, 49 § 4. *κώλυμά ἐστι*, γίγνεται*:* I, 16 § 1. IV, 67 § 4. *ἐμπόδιον γίγνεται*:* I, 31 § 3. *ἄπορον ποιεῖν*:* II, 102 § 2. II, 17 § 1 *ὅ καὶ ἐπάρατόν* τε ἦν μὴ οἰκεῖν καὶ ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε.* *παρέχω ὄκνον*:* III, 39 § 3. *ἀπέχομαι*:* V, 25 § 3. *ἀπαλλάσσομαι**: I, 138 § 3 *κρῖναι ἱκανῶς.* *ἀνίημι**: I, 129 § 3 *πράσσειν.* *φειδὼ ἐγένετο**: VII, 81 § 5 *φειδώ τε τις ἐγίγνετο* (id est *ἐφείδοντο ἑαυτῶν*), *μὴ προαναλωθῆναι.* Impediendi notio etiam in verbo *ἁμαρτάνειν** quodam modo latere mihi videtur I, 33 § 3: *ἵνα .... στῶμεν μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν.*

§ 15. Verba sperandi, timendi, exspectandi.[2])

ἐλπίζω: hoc verbum apud Thucydidem tres habet significationes, sperandi, metuendi, exspectandi sive putandi.

Sequitur inf. futuri: I, 107 § 3. II, 7 § 1. II, 90 § 4. III, 62 § 4. IV, 8 § 4. IV, 9 § 3. IV, 24 § 4. IV, 62 § 3. IV, 76 § 5. IV, 80 § 1. IV, 85 § 2. V, 28 § 2. VI, 15 § 2. VI, 90 § 3. VII, 21 § 2. VII, 77 § 4. VIII, 44 § 1. VIII, 99 § 1. Sequitur inf. aoristi: IV, 13 § 1 *ἐλπίζοντες τὸ τεῖχος ὕψος ἔχον ἑλεῖν μηχαναῖς.*[3])

Statim mihi addendi sunt infinitivi in oratione obliqua e notione sperandi pendentes. Inf. fut.: VII, 36 § 5. *ἐλπίδα ἔχω*: inf. fut. VIII, 48 § 1. VIII, 89 § 1. *ἐλπίδος τι ἔχω**: inf. aor. cum *ἄν* particula coniunctus II, 51 § 6. *ἐλπίς ἐστιν**: inf. fut. II, 85 § 4. inf. aor. sine *ἄν* particula: II, 80 § 1. VI, 87 § 4. VIII, 86 § 7. *ἐν ἐλ-*

---

1) Exstant praeterea apud Herodotum: *δίδωμι* (sino) *περιεῖναι* (*μὴ ἀπολέσθαι*).

2) Herodoti sunt *κατελπίζω*, *φεύγω*.

3) De hoc loco confer § 39.

πίδι εἰμί*: inf. futur: VII, 46 § 1. inf. aor. sine ἄν particula: IV, 70 § 2. εὔελπις*: inf. fut. VI, 24 § 3. § 4. inf. aoristi sine ἄν particula: IV, 10 § 1. ἀνέλπιστος*: inf. fut. VIII, 1 § 2 et VII, 71 § 7: τοῖς Ἀθηναίοις ἀνέλπιστον ἦν (=ἀπέγνωσαν) σωθήσεσθαι. δέδια*: I, 136 § 1. κατέδεισα*: IV, 110 § 2. φοβοῦμαι*: V. 105 § 3. αἰσχύνομαι: IV, 126 § 5. ἐν φρονήματι ὄντες* (ἐλπίζοντες) V, 40 § 3. προσκοπέω (caveo)*: III, 83 § 2. τηρέω*: IV, 26 § 7 ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. ἐπιμένω*: III, 26 § 4 πεύσεσθαι. ἀνταναμένω*: III, 12 § 2 σαφῶς εἰδέναι. δέχομαι (exspecto): III, 53 § 1. προςδέχομαι: II, 11 § 3.

§ 16. Verba dicendi, contendendi, negandi, vetandi, iurandi, pollicendi, minandi.[1])

φημί: I, 37 § 2. I, 38 § 2. I, 39 § 1. I, 67 § 3. I, 72 § 2. I, 85 § 2. I, 87 § 4. I, 90 § 5. I, 137 § 2. II, 6 § 2. II, 73 § 3. III, 65 § 1. III, 71 § 1. IV, 28 § 4 (bis). IV, 48 § 1. IV, 78 § 4. IV, 83 § 2. § 5. IV, 98 § 1. IV, 118 § 2. § 11. V, 7 § 3. V, 17 § 2. V, 30 § 4. V, 32 § 4. V, 35 § 5. V, 40 § 1. V, 111 § 2. VI, 44 § 3. VI, 64 § 2. VI, 83 § 4. VI, 87 § 2. VIII, 29 § 1. VIII, 32 § 3. VIII, 48 § 5. VIII, 86 § 8. VIII, 87 § 1. οὔ φημι: I, 87 § 2. II, 5 § 6. IV, 114 § 2. V, 22 § 1. V, 30 § 3. V, 35 § 5. V, 39 § 3. V, 46 § 4. VII, 48 § 3. VII, 50 § 4. προεῖπον: I, 26 § 5 (mutatio subiecti est notanda). III, 104 § 2. ἀπεροῦντα: (μή pleonasticum sequitur) I, 29 § 3. VII, 60 § 2. ἀνεῖπον*: II, 2 § 4. φάσκω: I, 136 § 1. II, 85 § 5. V, 42 § 2. λέγω: IV, 22 § 1. IV, 70 § 2. IV, 78 § 4. VI, 56 § 1. VIII, 70 § 2. VIII, 93 § 2. ἀντιλέγω*: I, 28 § 5. III, 41. δηλόω*[2]): I, 67 § 4 δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ

---

1) Herodotea sunt praeterea ἄπαρνος, ἔξαρνός εἰμι, ἀναδέχομαι ὑποστῆναι, ὑποκρίνομαι, φράζω, παραγγέλλω, γινώσκω, συγγινώσκω, ἐπόμνυμι, γνώμην ἀποδείκνυσθαι, καυχέω, ἐγγυητὰς καθιστάναι.

2) Verbum ὁράω cum infinitivo est coniunctum VIII, 60 § 3.

ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ εἴργεσθαι IV, 38 § 1 *προςίεσθαι τὰ κεκηρυγμένα.*

Liceat mihi statim infinitivos in oratione obliqua absolute positos qui huc pertinent addere, quos frequentes esse nemini mirum esse potest. I, 137 § 2. II, 5 § 5. II, 29 § 5. II, 72 § 2. III, 31 § 1. III, 52 § 2. III, 75 § 2. IV, 36 § 1. IV, 98 § 4. § 5. § 8. IV, 114 § 4. IV, 120 § 3. V, 37 § 2. V, 49 § 4. VII, 5 § 3. VII, 21 § 2. VII, 48 § 2. VII, 73 § 2. VII, 83 § 2. VIII, 76 § 4. § 5. § 6. VIII, 86 § 6. VIII, 88. De uno loco I, 136 § 4 plura dicere necesse est. Optimi codices locum ita exhibent. *καὶ γὰρ ἂν ὑπ' ἐκείνου πολλῷ ἀσθενεστέρου . . . . κακῶς πάσχειν* (scil. *ἔφη*). Kruegerus et Boehmius contra codices *ἀσθενέστερος* scribunt, quod genetivum comparationis *ἐκείνου* hoc loco ferri negant. Classenus, qui *ἀσθενεστέρου* retinet, optime adnotat comparationem prorsus esse absurdam, si quis *ἀσθενέστερος* scribat neque particulam *καί* aptam esse, nisi novum momentum afferat.[1]) Cum tradita scriptura (quae explicanda est *ὑπὸ πολλῷ ἀσθενεστέρου ἢ ἐκεῖνος* scil. *εἴη*). cfr. Eurip. Dict. fr. 345 ed. Dindorf: *ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ*, id est *ἢ Ζεύς ἐστιν* et Demosth. de corona § 178 *ἡμῶν δὲ ἄμεινον ἢ ἐκεῖνοι τὸ μέλλον προορωμένων.*

*ἀποκρίνομαι**: I, 28 § 4. VI, 50 § 1. *τοῦ λόγου ἔχομαι**: V, 49 § 5. *γνώμην εἶπον**: VIII, 67 § 1. *γνώμας ἔλεγον*: VIII, 86 § 4. *κηρύσσω**: IV, 116 § 2. *ὑπισχνοῦμαι*: I, 123 § 1. II, 5 § 6. II, 101 § 5. V, 37 § 5. VIII, 5 § 5. *ὑποδέχομαι*: II, 29 § 5. VIII, 81 § 3. *ὑποτείνω*: VIII, 48 § 1. *παρέχομαι**: III, 36 § 1. *ἀπειλέω**: VIII, 33 § 1 *ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν. ὁμολογέω*: II, 5 § 6. *ὄμνυμι**: V, 38 § 1. VI, 72 § 5. *ἀπόμνυμι**: V, 50 § 1. *τὰ ὅρκιά ἐστιν**: VI, 52 § 1. *ὁρκόω**: IV, 74 § 2.

Apud verba iurandi et minandi saepe *ἦ μήν* particula infinitivo additur.

1) De verborum positione confer Krueger: gr. gr. § 47, adn. 27, N 3 et 7.

*τὴν αἰτίαν ἀποδείκνυμι**: IV, 85 § 6. *πίστιν δίδωμι**: V, 45 § 2. *ποιοῦμαι πίστεις καὶ βεβαιότητα**: IV, 51. *πρόσχημα ποιοῦμαι**: V, 30 § 2. *ἐπιθειάζω** (per deos deprecari) VIII, 53 § 2.

Verba gloriandi sunt *αὐχεῖν**: II, 39 § 3. *ἐπαίρεσθαι**: I, 25 § 4.

Verbum incusandi exstat VI, 76 § 3: *τοὺς μὲν λιποστρατίαν, τοὺς δὲ ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν . . . ἐπενεγκόντες* κατεστρέψαντο.*

§ 17. Verba iubendi, cohortandi, rogandi, suadendi, persuadendi.[1])

κελεύω: I, 42 § 2. I, 44 § 1. I, 67 § 3. I, 72 § 2. I, 91 § 3. I, 123 § 2. I, 127 § 1. I, 138 § 1. I, 139 § 1. I, 140 § 3. I, 145 § 1. II, 6 § 2. II, 13 § 3. II, 21 § 3. II, 67 § 3. II, 73 § 1. II, 81 § 1. II, 85 § 1. § 4. III, 7 § 1. III, 36 § 3. III, 44 § 2. III, 55 § 1. III, 94 § 5. III, 97 § 1. III, 105 § 4. III, 112 § 4. IV, 22 § 1. § 2. IV, 70 § 1. IV, 93 § 2. IV, 98 § 8. IV, 104 § 4. IV, 108 § 3. § 6. IV, 114 § 1. § 2. IV, 132 § 2. V, 10 § 3. V, 21 § 3. V, 46 § 3. V, 64 § 4. V, 72 § 1. V, 80 § 3. V, 84 § 3. VI, 7 § 4. VI, 51 § 2. VI, 53 § 1. VI, 62 § 4. VI, 88 § 6. VII, 21 § 4. VII, 65 § 1. VII, 73 § 3. VII, 85 § 2. VIII, 9 § 2. VIII, 43 § 4. VIII, 46 § 4. VIII, 86 § 7. VIII, 89 § 1. VIII, 100 § 2. *διακελεύομαι*: VIII, 77 § 3. *παραινέω*: II, 13 § 2. II, 18 § 3. II, 60 § 4. III, 5 § 4. III, 31 § 1. III, 77 § 1. IV, 27 § 3. V, 36 § 1. VI, 9 § 3. VI, 15 § 1. VIII, 41 § 3. *ξυνεπαινέω**: IV, 91 § 1. *προαγορεύω*: I, 140 § 3. *προεῖπον**: II, 13 § 1. IV, 9 § 2. IV, 80 § 3. VII, 50 § 3. *ἐπαγγέλλω*: V, 47 § 6 *βοηθεῖν*. *περιαγγέλλω**: I, 116 § 1 *βοηθεῖν*.

---

1) Herodotea sunt *προστάσσω, ἐπιτάσσω, ἐντέλλομαι, ἐπιθέσθαι, ἄνωγα, κήρυγμα ποιοῦμαι, αἰνέω, προηγορέομαι, ἐπιπέμπειν ἀγγελίας, σημαίνω, σημήϊον ἐνδέξαι, ἀναγινώσκω, γνώμην θέσθαι, γνώμη νικῶσα ἐγένετο, πίστι καταλαμβάνειν καὶ ὅρκοις, ἀναιρέω, χράω.*

IV, 8 § 2 *βοηθεῖν*. *γνώμην ποιοῦμαι**: II, 2 § 4. I, 128 § 7.

Infinitivi in oratione obliqua a notione iubendi pendentes inveniuntur: III, 3 § 3 *εἰπεῖν-πολεμεῖν*. IV, 50 § 2. *πέμψαι*. *αἰτέω, αἰτέομαι**: I, 132 § 5. III, 58 § 2. III, 61 § 1. III, 52 § 5. *παραιτέομαι**: (deprecor) V, 63 § 3 *μηδὲν τούτων δρᾶν*. Negatio propter vim verbi prohibitivam est usurpata. *δέομαι*: I, 24 § 6. I, 25 § 2. I, 26 § 3. V, 39 § 2. VI, 8 § 1. VI, 34 § 3. VI, 86 § 5. VII, 63 § 3. *ἱκετεύω*: VI, 19 § 1. *ἱκετείαν ποιοῦμαι**: III, 67 § 3. *ἐπιμαρτύρομαι**: VI, 29 § 2. *ἐπισκήπτω*: III, 59 § 4. *πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν τρέπομαι**: VII, 71 § 3. *ἐπικαλέομαι*: III, 59 § 2 *ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηῶτας μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις μηδὲ τοῖς ἐχθίστοις φίλτατοι ὄντες παραδοθῆναι*. *ἐπιψηφίζω**: II, 24 § 1. *ἐπιστέλλω**: VIII, 72 § 2. 90 § 2. *βοάω** (=*βοῶν κελεύω*): VIII, 86 § 2. *ἀναβοάω**: I, 53 § 3. *ἐπιβοάομαι**: VIII, 92 § 3. *ἐνάγω* (incito): VIII, 26 § 1. *προτίθημι* (commendo): III, 38 § 1. *μέμφομαι** (vituperans moneo ne): III, 42 § 1 *τοὺς μεμφομένους μὴ πολλάκις βουλεύεσθαι*: negatio redundat. *πείθω*: I, 58 § 1. I, 93 § 3. I, 109 § 2. II, 29 § 6. II, 60 § 7. III, 42 § 4. III, 48 § 1. III, 70 § 1. IV, 21 § 3. IV, 84 § 2. IV, 93 § 1. V, 40 § 2. V, 46 § 2. VI, 34 § 9. VI, 61 § 5. VII, 12 § 1. VII, 37 § 2. VIII, 6 § 2. *ἀναπείθω**: I, 140 § 1. III, 70 § 6. III, 94 § 3. VI, 60 § 2.

Restat, ut unum exemplum afferam, quo, quam brevi et distincta dictione Thucydides usus sit, maxime apparet. Legitur I, 132 § 5: *αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν*: infinitivus passivo sensu usurpatus a notione iubendi in participio *ἐγγεγραμμένον* personaliter constructo latente pendet.

§ 18. Verba consuetudinis.

εἴωθα: I, 140 § 1. II, 14 § 2. II, 45 § 1. II, 84 § 2. III, 39 § 4. III, 84 § 2. IV, 67 § 3. IV, 92 § 5. IV, 108 § 4. V, 10 § 5. VI, 58 § 2. VII, 57 § 9. *εἴ*-

*θισμαι**: I, 77 § 3. *πέφυκα**: II, 64 § 3. III, 39 § 5. III, 45 § 3. IV, 19 § 3. IV, 61 § 5. *φιλέω* (hoc verbum semper apud Thucydidem consuetudinis notionem habet): I, 78 § 2 *μηκυνόμενος (ὁ πόλεμος) φιλεῖ περιίστασθαι.* II, 62 § 3. II, 65 § 4. III, 42 § 1. III, 81 § 5. IV, 28 § 3. V, 70. VII, 79 § 3. VII, 80 § 3. *καὶ αὐτοῖς, οἷον φιλεῖ καὶ πᾶσι στρατοπέδοις, μάλιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι καὶ δείματα ἐγγίγνεσθαι* (*οἷον* adverbii loco positum est) VIII, 1 § 4. VI, 63 § 2.[1])

§ 19. Verba conveniendi, inter se comparandi.

*ξυμβαίνω**: III, 75 § 1. IV, 54 § 2. IV, 66 § 4. V, 41 § 2. VII, 83 § 2. VIII, 28 § 4. *σπένδω, σπένδομαι**: IV, 98 § 8. IV, 114 § 2. IV, 118 § 14. VII, 83 § 1. *ξυντίθεμαι**: VI, 65 § 1 *ἥξειν.* Nonnulla exstant apud Thucydidem capita, quibus condiciones foederis vel pacis alicuius enarrantur, verbum igitur regens verbum stipulandi est. Hoc non apud omnes infinitivos repetitur, sed oratione obliqua auctor utitur. Ita inveniuntur V, 18 § 7 *ἀφεῖναι.* § 10 *στήλας στῆσαι* et V, 47 § 5: *ὅπλα δὲ μὴ ἐᾶν ἔχοντας διιέναι.*

§ 20. Singularia quaedam verba.

Restat, ut tria verba afferam, quibus in antecedentibus paragraphis aptus locus inveniri non potuit.[2]) *δέομαι* (brauchen): IV, 130 § 4 *καί τινος ἀντειπόντος ὅτι οὐκ ἐπέξεισιν οὐδὲ δέοιτο πολεμεῖν.* *προςδέομαι*: I, 77 § 2 *βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προςδέονται.* *προτιμάομαι**: I, 133 § 1 *προτιμηθείη δ' ἐν ἴσῳ τοῖς πολλοῖς τῶν διακόνων ἀποθανεῖν.* *λαγχάνω*: V, 21 § 1 *ἔλαχον γὰρ πρότεροι ἀποδιδόναι.* V, 35 § 3.

§ 21. Infinitivus explicativus.

Infinitivus usurpatur, ut vocabulum praecedens, quod explicatione eget, accuratius explicet. Thucydides in hoc

1) Praeterea leguntur apud Herodotum *νομίζω, ἐν νόμῳ ποιοῦμαι, ἐπιτηδεύω.*

2) Herodotea sunt *ἀναβάλλομαι, ἀποχράομαι, μετιέναι.*

infinitivi usu certam paene loquendi consuetudinem secutus est.

Saepe enim vocabulo, ad quod infinitivus est referendus, iam enuntiatione relativa attributum additum est. Qua re efficitur, ut infinitivum eo maiore animi contentione exspectemus. Velut I, 132 § 5 *χρώμενοι τῷ τρόπῳ ᾧπερ εἰώθεσαν ἐς σφᾶς αὐτούς, μὴ ταχεῖς εἶναι.* I, 138 § 2 *διὰ . . . τὴν τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα, ἣν ὑπετίθει αὐτῷ, δουλώσειν.* III, 13 § 7 *τήν τε αἰτίαν ἀποφεύξεσθε, ἣν εἴχετε, μὴ βοηθεῖν τοῖς ἀφισταμένοις.* IV, 85 § 1 *τὴν αἰτίαν ἐπαληθεύουσα ἣν . . . προείπομεν, ἐλευθεροῦντες τὴν Ἑλλάδα πολεμήσειν.* IV, 97 § 3 *ὕδωρ τε, ὃ ἦν ἄψαυστον σφίσι πλὴν πρὸς τὰ ἱερά, χέρνιβι χρῆσθαι.* 1)

Saepius accidit, ut infinitivus ad nominativum vel accusativum pronominis relativi referendus sit. Velut III, 59 § 3 *ὅπερ δὲ ἀναγκαῖον, λόγου τελευτᾶν.* IV, 13 § 4 *οὔτε ἃ διενοήθησαν, φράξαι τοὺς ἔσπλους, ἔτυχον ποιήσαντες.* IV, 125 § 1 *ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα, ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι.* Idem invenitur V, 6 § 3 et VII, 68 § 3. Unum exstat exemplum, ubi substantivum, ad quod infinitivus refertur, pronomine *ὁ αὐτός* praeditum est: I, 140 § 1 *τῆς μὲν γνώμης . . . . ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, μὴ εἴκειν.*

Interdum Thucydides duas proponit res infinitivo expressas, quarum aut alterutram accidere est exspectandum, ut I, 33 § 3: *μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι* et IV, 28 § 5: *λογιζομένοις δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι ἢ Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι* (scil. *αὐτόν*), aut utramque, ut III, 57 § 3: *δύο ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ὑπέστημεν, τότε μέν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι, νῦν δὲ θανάτου κρίνεσθαι* et IV, 65 § 5: *δυοῖν ἀγαθοῖν οὐ στερήσομεν τὴν Σικελίαν, Ἀθηναίων τε ἀπαλλαγῆναι καὶ οἰκείου πολέμου.**

Simile quid invenitur III, 66 § 2: *τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ, λόγοις τε πείθειν.*

1) Idem habemus apud Herodotum III, 147.

Duas enim res facere debebant Plataeenses, ut in Thebanos eadem beneficia conferrent.*

Iam restat, ut ea afferam exempla, ubi infinitivus referendus est ad pronomen demonstrativum praecedens.[1] IV, 64 § 2 *τοὺς ἄλλους δικαιῶ ταὐτό μοι ποιῆσαι, ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν καὶ μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦτο παθεῖν.* VII, 36 § 4 *αὐτοὶ γὰρ κατὰ τὸ δυνατὸν τὸ μὲν οὐ δώσειν, διεκπλεῖν.* VIII, 46 § 2 *εὐτελέστερα δὲ τὰ δ' εἶναι, κατατρῖψαι.*[2]

Iam ad eam disputationis nostrae partem pervenimus, qua agendum est de iis enuntiatis, ubi praeter infinitivum casus nominis a verbo pendet. Ac primum quidem de nominativo cum infinitivo mihi dicendum est.

---

§ 22. Subiectum verbi finiti apud infinitivum pronominibus effertur.

Constat, in structura infinitivi omnia attributa, quae ad subiectum verbi regentis spectant, nominativo uti. Prima huius usus forma ea est, ut subiectum verbi finiti apud infinitivum pronomine *αὐτός* vel reflexivo efferatur: sic notio subiecti apud infinitivum valde urgetur. Ita fit, ut pronomen tum maxime addatur, cum verbum regens mente addendum est: nam in oratione obliqua haec ad subiectum verbi finiti relatio optime quadrat. Vel tum, cum infinitivus cum pronomine coniunctus ab alio infinitivo pendet, nominativus ponitur, dummodo persona eadem maneat.

In exemplis enumerandis eum ordinem sequar, ut primum plena exempla, tum ea enumerem, ubi verbum finitum subaudiendum est.

Verbum regens est *φημί*: I, 28 § 3. I, 72 § 2. I, 74 § 3. I, 118 § 3. II, 5 § 5. II, 54 § 4. III, 27 § 3. III, 60. IV, 28 § 2. VIII, 27 § 1. *βούλομαι:* I, 137 § 4. II, 95 § 1. V, 16 § 1. VI, 85 § 3. VIII, 5 § 2. *διανοοῦμαι:*

1) Confer Herod.: VIII, 119.

2) Codices praebent *εὐτελέστερα δὲ τὰ δεινά*: confer Classeni adnotationem criticam.

VI, 93 § 1. *ἀξιῶ*: IV, 86 § 2. *δύναμαι*: III, 38 § 6. *ἀγωνίζομαι*: IV, 87 § 6. *νομίζω*: V, 17 § 1. VI, 34 § 2. *ὥρμημαι*: V, 29 § 4. *ἐλπίζω*: V, 39 § 2. *τοῦ λόγου ἔχομαι*: V, 49 § 5. *λογίζομαι*: VIII, 2 § 4. *ἑτοῖμός εἰμι*: VIII, 5 § 4. *πρόθυμός εἰμι*: VIII, 99 § 1. *ἡγοῦμαι*: VIII, 44 § 1. *οὐκ ἔχω*: VIII, 66 § 3.

Exscribere mihi liceat II, 62 § 1: *ὅ μοι δοκεῖτε οὔτε αὐτοὶ πώποτε ἐνθυμηθῆναι .... οὔτ' ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις.*

Iam ea exempla sequantur, quae in oratione obliqua inveniuntur: I, 136 § 4. III, 25 § 1. IV, 8 § 8. IV, 27 § 5. IV, 46 § 5. IV, 98 § 4. IV, 114 § 5. V, 45 § 2. V, 56 § 2. V, 61 § 2. VI, 64 § 1. VII, 36 § 4. § 5. § 6. VII, 48 § 4. VIII, 48 § 7. VIII, 76 § 4. VIII, 76 § 6. VIII, 88 § 1. Duo inveniuntur exempla, ubi pluralis pronominis ponitur, quamquam verbum regens singulari utitur.[1]) Hoc tum accidere potest, si is, qui loquitur, et de se et de suis actionem infinitivo significatam intellegi vult: V, 55 § 1 *σφεῖς μὲν γὰρ ξυγκαθῆσθαι* (scil. *ἔλεγε*) et VI, 64 § 3 *αὐτοὶ μὲν ἀποκλήσειν . . . καὶ ἐμπρήσειν*, quamquam *ἔλεγε* praecedit. Confer de hoc usu etiam VI, 25 § 2. VI, 49 § 2. VII, 48 § 1.

§ 23. Praedicatum nominativo utitur.

Sed non solum pronomen *αὐτός* ad infinitivum accedere potest, sed etiam alia attributa apud infinitivum vice praedicati fungi possunt. Heilmannus quidem hoc loco ea tantum exempla enumeravit, ubi praedicatum infinitivorum *εἶναι*, *γίγνεσθαι*, *φαίνεσθαι* nominativo utitur. Sed hoc genus nimis artis lineis descripsisse mihi videtur: ego enim aptius esse puto, omnia exempla huc conferre, quibus participium infinitivo additum logice, ut ita dicam, a verbo finito pendet, denique omnia ea, quibus infinitivus cuiuslibet verbi praedicato ornatus est.

---

1) Idem invenimus apud Herodotum IV, 43. IX, 90.

Ac primum quidem Heilmanni vestigia secutus ea exempla afferam, ubi infinitivi *εἶναι*, *γίγνεσθαι* sim. exstant. *εἶναι*: I, 64 § 1 *οὐ γὰρ ἱκανοὶ ἐνόμιζον εἶναι*. I, 67 § 2. I, 70 § 1. I, 76 § 2. I, 77 § 5. I, 79 § 2. I, 84 § 2. I, 102 § 1. I, 117 § 3. I, 118 § 2. I, 128 § 7. I, 131 § 2. I, 132 § 2. I, 138 § 5. I, 143 § 3. II, 18 § 3. II, 34 § 6. II, 35 § 2. II, 60 § 5. II, 72 § 3. II, 81 § 1. § 4. § 8. II, 85 § 2. II, 89 § 2. § 11. II, 100 § 6. II, 102 § 6. III, 9 § 2. III, 35 § 1. III, 37 § 4. III, 42 § 3. III, 55 § 1. III, 56 § 4. III, 67 § 4. III, 70 § 2. III, 59 § 3. IV, 3 § 3. IV, 10 § 1. IV, 17 § 5. IV, 18 § 1. IV, 32 § 4. IV, 41 § 3. IV, 56 § 1. IV, 57 § 2. IV, 64 § 1. IV, 68 § 5. IV, 81 § 3. IV, 87 § 2. IV, 129 § 1. V, 9 § 1. V, 15 § 1. V, 16 § 1. V, 40 § 2. § 3. V, 44 § 3. V, 46 § 4. V, 60 § 3. V, 112 § 3. VI, 13 § 1. VI, 16 § 1. VI, 17 § 1. VI, 24 § 2. § 4. VI, 27 § 3. VI, 28 § 2. VI, 33 § 1. VI, 36 § 1. VI, 60 § 2. VI, 68 § 1. VI, 89 § 5. § 6. VI, 92 § 2 (bis). VII, 4 § 4 *ῥᾷον αὐτῷ ἐφαίνετο ἡ ἐσκομιδὴ ἔσεσθαι* (cfr. VI, 39 § 1). VII, 5 § 2. VII, 34 § 4. VII, 42 § 3. VII, 41 § 4. VII, 51 § 2. VII, 56 § 2. VII, 58 § 3. VII, 60 § 3. VII, 68 § 1. VII, 77 § 2. VII, 83 § 2. VIII, 27 § 5. VIII, 36 § 2. VIII, 51 § 3. VIII, 56 § 3. VIII, 59. VIII, 70 § 2. VIII, 79 § 2. VIII, 80 § 1. VIII, 82 § 3. VIII, 89 § 3. § 4. VIII, 92 § 6. VIII, 96 § 1. Verbum regens est subaudiendum I, 28 § 5. I, 145. *γίγνεσθαι*: I, 56 § 1. I, 133 § 1. III, 38 § 4. IV, 22 § 2. IV, 72 § 3. IV, 80 § 3. V, 14 § 1. VI, 11 § 2. VI, 14 (bis). VI, 102 § 4. VII, 70 § 4. VIII, 86 § 4. VIII, 89 § 4. VIII, 105 § 2. *φαίνεσθαι*: I, 122 § 3. III, 37 § 4. III, 40 § 5. IV, 27 § 4. VII, 70 § 3. Verbum regens est subaudiendum VIII, 12 § 1: *πιστότερος γὰρ ἄλλων φανεῖσθαι*.

Videmus Thucydidem in hoc infinitivo tractando semper sibi constitisse: nominativus etiam tum usurpatur, cum verbum regens infinitivo exhibetur, ut VI, 92 § 2: *καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι* et VIII, 56 § 3. Aliam

esse rationem elucet si verbum regens accusativus cum infinitivo vel participio est, ut I, 76 § 1: *εὖ ἴσμεν ἀναγκασθέντας (ὑμᾶς) ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν* et VI, 10 § 1: *φημὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους . . . ὑπολιπόντας καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας δεῦρο ἐπαγαγέσθαι* et V, 89: *οὔθ' ὑμᾶς ἀξιοῦμεν οἴεσθαι πείσειν λέγοντας.*

Ut supra commemoravi, praedicatum saepius plurali numero utitur, cum verbum finitum singulari efferatur, ut VI, 25 § 2: *τήν τε ἄλλην παρασκευὴν . . . ἑτοιμασάμενοι ἄξειν* (scil. Nicias cum collegis suis). Idem invenitur VI, 49 § 2 *πλεῖστοι γὰρ ἂν νῦν φανῆναι.* VII, 48 § 1 *λαθεῖν γὰρ ἂν . . . τοῦτο ποιοῦντες* et III, 38 § 6 (ubi primum pluralis usurpatur, deinde singularis ponitur, denique oratio ad pluralem redit). Contrarium paene habemus VIII, 89 § 3: *ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι* et IV, 80 § 3: *ἠξίωσαν πρῶτος ἕκαστος ἐλευθεροῦσθαι.* Sed etiam accusativus cum infinitivo in hac distinctione legitur IV, 69 § 3.

Digna etiam sunt, quae commemorentur, exempla III, 59 § 4: *ἐπισκήπτομέν τε ἅμα μὴ Πλαταιῆς ὄντες οἱ προθυμότατοι περὶ τοὺς Ἕλληνας γενόμενοι Θηβαίοις . . . παραδοθῆναι* et VI, 40 § 1 *ἡγησάμενοι τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν ἤπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος μετασχεῖν**. Quanta cum constantia Thucydides nominativum retinuerit, magnopere apparet ex VI, 33 § 1: *πείθων γε ἐμαυτὸν σαφέστερόν τι ἑτέρου εἰδὼς λέγειν.* Deinde exstat singulare exemplum VII, 3 § 1*: *κήρυκα προςπέμπει αὐτοῖς λέγοντα, εἰ βούλονται ἐξιέναι . . . λαβόντες τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἑτοῖμος εἶναι*, quod ita constructum est, ut *κήρυκα προςπέμπει αὐτοῖς λέγοντα* idem sit quod *διὰ κήρυκος αὐτοῖς λέγει.*

Denique singillatim unum exemplum mihi commemorandum videtur esse, de quo plerique editores, quamvis sit singulare, nihil dixerunt. Legitur VIII, 75 § 2*: *ὥρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὅρκους . . . . . ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαί τε καὶ ὁμονοήσειν καὶ τὸν πρὸς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν καὶ τοῖς τετρα-*

κοσίοις πολέμιοί τε ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύσεσθαι. Nemo negabit *πολεμίους* esse exspectandum. Sed locus ita est constructus, quasi ante *ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαι* legeretur: „*ὄμνυμεν*“, qua re iusiurandum maiore vi effertur.[1])

Iam ei infinitivi sunt enumerandi, quibus praedicati vice substantivum vel adiectivum aut numerale additum est. I, 36 § 1 *ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα δοκεῖ λέγεσθαι.* I, 52 § 2 *οὐ διανοούμενοι ἄρχειν ἑκόντες.* I, 73 § 4 *φαμὲν μόνοι προκινδυνεῦσαι.* I, 105 § 5. III, 52 § 2 *εἰ ξυγχωροῖεν ἑκάτεροι ἀποδίδοσθαι.* III, 74 § 2. III, 68 § 1. III, 62 § 1. IV, 85 § 6. IV, 86 § 2. IV, 87 § 6. IV, 98 § 1. IV, 108 § 3. V, 21 § 1. V, 35 § 3. V, 45 § 2. § 4. VI, 34 § 4. VI, 87 § 2. § 4. VII, 84 § 3. VIII, 4.

Adiectivum vel nomen proprium cum participio *ὤν* ad infinitivum accedit: II, 88 § 2 *καὶ οἱ στρατιῶται . . . τὴν ἀξίωσιν ταύτην εἰλήφεσαν μηδένα ὄχλον Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίων νεῶν ὑποχωρεῖν.* III, 59 § 2. IV, 78 § 4 (bis). Participia ad infinitivum accedunt: I, 70 § 7. I, 72 § 2. I, 84 § 3. I, 87 § 4. I, 91 § 5. I, 117 § 3. I, 136 § 3. II, 53 § 4. III, 96 § 2. IV, 4 § 3. IV, 87 § 2. IV, 125 § 3. IV, 127 § 1. V, 45 § 4. V, 60 § 2. VI, 15 § 2. VI, 18 § 4. VI, 61 § 4. VI, 80 § 6. VI, 82 § 4. VII, 3 § 1. VII, 5 § 4. VII, 33 § 6. VII, 48 § 4. VII, 60 § 2. VII, 77 § 5. VII, 81 § 5. VIII, 22 § 1. VIII, 30 § 1. VIII, 46 § 2. VIII, 47 § 2. VIII, 74 § 3. VIII, 82 § 2. VIII, 83 § 2. VIII, 91 § 3. VIII, 92 § 6. VIII, 100 § 3.

Ad extremum, ut semper, ea exempla sunt afferenda, ubi verbum regens subaudiendum est: IV, 41 § 1 *ἐξαγαγόντες ἀποκτεῖναι* (scil. *ἐβούλευσαν*) IV, 68 § 6. IV, 98. IV, 114 § 3. V, 30 § 3. V, 63 § 3. VII, 42 § 5. VII, 5 § 3. VIII, 27 § 2. VIII, 48 § 6. VIII, 78 § 1.

---

1) Minus recte de hoc loco Boehmius in adn. ad VIII, 48 § 6 disserere videtur.

§ 24. Verbum regens est casus participii.

Priusquam ad alios casus cum infinitivo coniunctos transeam, liceat mihi de eis enuntiatis pauca disputare, ubi a casu participii infinitivus cum praedicato coniunctus pendet. Apud Herodotum casus praedicati casum participii regentis sequitur, uno excepto exemplo, ubi post genetivum praecedentem praedicatum nominativo utitur: Thucydides maiore cum licentia in huius casus constructione versatus est.

Participium regens accusativo utitur: I, 9 § 2 *δυνατὸν δοκοῦντα εἶναι.* I, 138 § 4 *ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι* II, 102 § 1 *ἄνδρας οὐ δοκοῦντας βεβαίους εἶναι.* III, 40 § 3 *πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι.* Deinde III, 81 § 4. IV, 23 § 1. IV, 81 § 1. V, 84 § 1. VI, 33 § 1. VI, 53 § 2. VII, 21 § 3. VIII, 68 § 4. VIII, 90 § 1. Dubius est locus V, 65 § 2. In codicibus haec leguntur: *δηλῶν τῆς ἐξ Ἄργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν ἀνάληψιν βουλομένην εἶναι:* quae scriptura si vera est, locus huc pertinet. Sed Stahlius et cum eo Classenus[1]) negantes *βούλεσθαι* vim significandi habere posse *βουλόμενον* pro *βουλομένην* scribunt. Nescio tamen an *βουλομένην* possit defendi: confer Plat. Theaet: p. 156 *τὶ βούλεται οὗτος ὁ μῦθος*, et, quem locum Stahlius ipse affert, Plat. Cratyl. p. 414 a *γυνὴ δὲ γονή μοι φαίνεται βούλεσθαι εἶναι.*[2])

Casus participii regentis est dativus: VII, 36 § 5 *τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι.* Participium regens genetivo exhibetur I, 22 § 4 *τῶν μελλόντων ποτέ αὖθις τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι* I, 71 § 6 *βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι.* VI, 88 § 6 *ἔστιν ὧν*

---

1) Sequuntur auctoritatem Plutarchi, qui moral: 797 c ipsa Thucydidis verba afferens scribit *βουλόμενον.*

2) Quae a Classeno praeterea adnotantur „da *δηλῶν* die Erklärung des *διανοεῖται* geben soll, so liegt diese doch nur in dem persönlichen *βουλόμενον*“, non magni momenti esse puto: nam ad Agidis consilium verba spectant, etiam si *βουλομένην* legimus.

πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν. VII, 51 § 1 *ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι.*

Iam sequuntur quattuor loci, quibus Thucydides a certa regula aberravit. Duo post antecedentem genetivum participii accusativum praedicati exhibent, quod non mirum videbitur respicientibus nobis, hunc casum vel maxime proprium esse infinitivi.[1]) Leguntur exempla IV, 30 § 2: *τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀναγκασθέντων διὰ τὴν στενοχωρίαν τῆς νήσου τοῖς ἐσχάτοις προςίσχοντας ἀριστοποιεῖσθαι* et VIII, 27 § 1 *βουλομένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμαχεῖν.*

Difficilius ea sunt intelligenda enuntiata, quae nominativum post antecedentem genetivum exhibent, cuius rei apud Herodotum exemplum invenitur IV, 137. Legimus V, 41 § 2 *ἔπειτα δ' οὐκ ἐώντων Λακεδαιμονίων μεμνῆσθαι περὶ αὐτῆς, ἀλλ' εἰ βούλονται σπένδεσθαι ὥσπερ πρότερον, ἑτοῖμοι εἶναι* (scil. *λεγόντων*) et VIII, 104 § 4 *ἐπειγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων πρότερόν τε ξυμμῖξαι καὶ κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ ἀποκλῇσαι.*

Hac structurae conformatione notio subiecti magis urgetur: illo enim loco Lacedaemonii opponuntur Argivis, hoc Atheniensibus modo commemoratis Peloponnesii. Etiam pronomen *αὐτοὶ* additum hunc ex genetivo ad nominativum transitum faciliorem reddit.

Genetivus cum infinitivo.

§. 25. Et genetivus et infinitivus a verbo finito pendet.

Tria huius rei inveniuntur exempla: I, 27 § 2 *ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψαι.* V, 50 § 5 *οἱ ξύμμαχοι ἀφίκοντο δεησόμενοι αὐτῶν παρὰ σφᾶς ἐλθεῖν.* III, 45 § 1 *καὶ οὐδείς πω καταγνοὺς* ἑαυτοῦ μὴ περιέσεσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι ἦλθεν ἐς τὸ δεινόν.*[2])

---

1) Confer de ea re Schoemann: „Jb. f. Phil. 1869", p. 209.

2) Genetivum cum infinitivo habent praeterea apud Herodotum haec verba: *χρηΐζω, προςχρηΐζω, κατηγορέομαι.*

§ 26. **Praedicatum ad infinitivum accedens accusativo utitur.**

I, 120 § 3 *ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν ... ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δὲ ἀδικουμένους ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν ... μήτε τῷ ἡσυχίῳ τῆς εἰρήνης ἡδόμενον ἀδικεῖσθαι* (oratio e plurali in singularem transit, conf.: III, 38 § 6.)

Dativus cum infinitivo.

§ 27. **Et dativus et infinitivus (praedicato carens) a verbo finito pendet.**

Apud ea verba, quae dativum personae et accusativum rei regunt, proprium obiectum etiam formam infinitivi assumere potest. Sunt autem verba haec: *ἀναιρέω, χράω, λέγω* cum compositis, *ἐπιστέλλω, τάσσω* cum compositis, *ξυμβαίνω, σπένδομαι, ἀγγέλλω* cum compositis, *ὁμολογέω, ὑπισχνέομαι, ἐπικελεύομαι, πιστεύω, ἐγκαλέω, παραινέω, διαλέγομαι, ἐμπαρέχω, φράζω, ἐπιβοάω, ἐπικηρυκεύομαι, καθίστημι, ἀποδίδωμι, ἐπισκήπτω.*[1])

ἀναιρέω: I, 25 § 1. I, 126 § 4. *χράω:* I, 134 § 4. II, 102 § 5. V, 16 § 2. *χρηστήριον ἦν*:* I, 103 § 2. *λέγω*:* (hoc verbum sic usurpatum idem est quod *κελεύων λέγω*) I, 78 § 4. II, 5 § 5. II, 71 § 4. III, 3 § 3. III, 8. IV, 2 § 4. VI, 13 § 2. VII, 29 § 1. *προεῖπον:* I, 45 § 2. V, 30 § 5. VI, 65 § 1. Duo hoc loco mihi sunt addenda exempla, ubi ad verbum *εἰπεῖν* iubendi notione usurpatum dativus personae mente est subaudiendus: I, 91 § 4 *εἶπεν ὅτι ἡ πόλις σφῶν τε τετείχισται ... εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι, πρεςβεύεσθαι*[2]) et I, 131 § 1 *πέμψαντες κήρυκα οἱ ἔφοροι καὶ σκυτάλην εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι. φράζω*:* III, 15 § 1. VI, 58 § 2. VII, 73 § 3. *προςτάσσω:* VII, 29 § 1. *ἀντεπιτάσσω*:* I, 135

1) Dativus cum infinitivo praeterea apud Herodotum hisce verbis adiunctus legitur: *ἐντέλλομαι, παραγγέλλω, ἐπιτρέπω, δίδωμι, προίημι, παρίημι, ἐπίημι, ἀπεῖπον, σημαίνω, προςκέομαι, προφέρω, ὑποτίθημι, ἀναβάλλομαι, ἐπιμαρτύρομαι, συμβουλεύω, καταδοκέω, ἀνατίθημι.*

2) Classenus hunc locum recte restituisse mihi videtur.

§ 1. ξυμβαίνω*: II, 4 § 7. διαλέγομαι*: V, 59 § 5. σπένδομαι*: III, 109 § 2. ἐπικηρυκεύομαι*: VIII, 80 § 2. ὁμολογέω*: II, 95 § 2 λόγους προςφέρω*: I, 57 § 5. ἀγγέλλω*: IV, 8 § 3. παραγγέλλω: V, 73 § 2. περιαγγέλλω*: II, 10 § 1. V, 10 § 3. ἐλθούσης ἀγγελίας*: VIII, 19 § 2. ὑπισχνέομαι*: I, 58 § 1. III, 66 § 2. VII, 1 § 4. ἐπιστέλλω*: I, 57 § 6. προς-επιστέλλω*: II, 85 § 5. παραινέω*: IV, 130 § 3. VI, 12 § 2. VIII, 26 § 3. VIII, 46 § 1. ἐπικελεύομαι*: IV, 28 § 3. ἀντιπαρακελεύομαι*: VI, 13 § 1. ἐγκαλέω*: IV, 123 § 1. ἐπιβοάω*: IV, 28 § 3. VII, 70 § 7. ἐπισκήπτω* (obsecror): II, 73 § 3. ἐμπαρέχω* (permitto) VI, 12 § 2. ἀποδίδωμι* (facultatem do) I, 144 § 2. III, 36 § 5. πιστεύω: IV, 92 § 7 τῷ θεῷ πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι. ξυγγνώμονες εἶναι*: II, 74 § 3. καθίστημι*: I, 140 § 5. ἀμύνω*: VI, 80 § 2. ἔρως ἐνέπεσε*: VI, 24 § 3 τοῖς πᾶσιν ἐκπλεῦσαι.

Unum exstat exemplum, ubi verbum regens cum dativo est subaudiendum. Legitur I, 45 § 3: προεῖπον δὲ αὐτοῖς μὴ ναυμαχεῖν . . . . οὕτω δὲ κωλύειν κατὰ δύναμιν (scil. προεῖπον αὐτοῖς.)

§ 28. Ad infinitivum praedicati vice aut adiectivum aut substantivum aut participium accedit.

Ex severa artis grammaticae lege talia praedicata dativo utuntur. Thucydides autem in hoc usu sibi non constitit. Inter undesexaginta exempla triginta inveniuntur, quae accusativum praedicati exhibent. Quinque exempla duobus attributis praedita utroque casu utuntur, unum duos infinitivos praebet, alterum cum dativo, alterum cum accusativo coniunctum. Dubito num certi quid de Thucydidis ratione statui possit: id fere dici potest, praedicatum accusativo tum uti, cum ab eo, ad quod referendum sit, vocabulo aliis enuntiationis partibus longius est remotum.

In locis enumerandis eum sequar ordinem, ut primum dativi, tum accusativi exempla afferam.

Dativus obiecti facile potest subintellegi: I, 63 § 1 *ἔδοξε δ' οὖν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ . . . δρόμῳ βιάσασθαι* et I, 65 § 1 *ξυνεβούλευε μὲν ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις* (id est cum aliis) *ἐκπλεῦσαι*. Dativus et obiecti et praedicati exstat: I, 126 § 8 *ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα ἄρχουσι τὴν φυλακὴν καὶ τὸ πᾶν αὐτοκράτορσι διαθεῖναι*. II, 45 § 2 *μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα*. II, 61 § 2 *ξυνέβη ὑμῖν πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις, μεταμέλειν δὲ κακουμένοις*. II, 87 § 9 *οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι*. Deinde II, 89 § 2. III, 39 § 6. IV, 4 § 1. IV, 12 § 3. IV, 126 § 2. V. 9 § 9. V, 26 § 5. V, 64 § 3. VI, 28 § 2. VI, 61 § 5. VI, 67 § 3. VI, 87 § 4. VII, 6 § 1. VII, 20 § 1. VII, 35 § 2. VII, 77 § 7. VIII, 27 § 3. VIII, 53 § 1. VIII, 69 § 4.

Finem huius partis faciant exempla verbi *δοκεῖν*, quae multo saepius accusativum quam dativum praedicati exhibent. D a t i v u s e n i m invenitur his locis: I, 107 § 4 *ἔδοξε δ' αὐτοῖς ἐν Βοιωτοῖς περιμείνασι σκέψασθαι*. II, 24 § 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαίρετα ποιησαμένοις χωρὶς θέσθαι*. IV, 17 § 1 *ἀμφοτέροις ἐδόκει ἡσυχάσασι περιιδεῖν*. A c c u s a t i v u s praedicati legitur I, 53 § 1 *ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐςβιβάσαντας προςπέμψαι*. I, 72 § 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους*. IV, 15 § 2 *ἔδοξεν αὐτοῖς πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων, ἢν ἐθέλωσιν, σπονδὰς ποιησαμένους ἀποστεῖλαι*. Deinde VII, 40 § 4. VII, 74 § 1. VII, 80 § 1. VIII, 8 § 2. VIII, 11 § 2.[1]) Videmus igitur Thucydidem post verbum *δοκεῖν* octies accusativo, ter dativo praedicati usum esse.

Iam alia a c c u s a t i v i exempla sequantur: I, 93 § 7 *τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἀνθίστασθαι*. II, 7 § 2 *ἐπετάχθη τοῖς ἑλομένοις ποιεῖσθαι καὶ ἑτοιμάζειν, τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας καὶ δεχομένους*. II, 71 § 2 *ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν*. Deinde IV, 2 § 3. IV, 20 § 3. IV, 78 § 2. IV, 97 § 3. IV, 128 § 1. V, 71 § 3.

---

1) cf. Heilmann: p. 11.

VI, 12 § 1. VI, 13 § 1. VI, 55 § 4. VI, 67 § 1. VII, 20 § 2. VII, 57 § 9. VII, 73 § 3. VII, 75 § 3. VIII, 39 § 2. VIII, 46 § 1. VIII, 48 § 4. VIII, 50 § 5. VIII, 69 § 2.

ἐθέλω: VIII, 92 § 11 *καὶ οἱ τετρακόσιοι οὐκ ἤθελον τοὺς πεντακιςχιλίους οὔτε εἶναι οὔτε μὴ ὄντας δήλους εἶναι.* *ἐπιθυμέω:* V, 36 § 1 *τὸ γὰρ Ἄργος ἐπιθυμοῦντας καλῶς σφίσι φίλιον γενέσθαι.* *ψηφίζομαι**: I, 88 *ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελύσθαι καὶ πολεμητέα εἶναι.* V, 34 § 1. V, 47 § 5. VI, 13 § 1. VI, 26 § 1. VI, 27 § 2. VIII, 15 § 1. VIII, 54 § 2. VIII, 97 § 3. *βουλεύομαι:* II, 74 § 1 *ἐξελθεῖν μηδένα.* IV, 57 § 4. *δέχομαι**: V, 94 *ὥστε δὲ ἡμᾶς φίλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ξυμμάχους δὲ μηδετέρων, οὐκ ἂν δέξοισθε;* *αἱροῦμαι:* V, 36 *ἑλέσθαι γὰρ Λακεδαιμονίους πρὸ τῆς Ἀθηναίων*

---

1) Inveniuntur praeterea apud Herodotum *χρηΐζω*, *σπεύδω*, *συσπεύδω*, *σπουδὴν μεγάλην ἐποιήσαντο*, *σπουδὴν ἔχω*, *ἀρᾶσθαι*, *ἀρὴν ποιέεσθαι*, *δέεσθαι*, *ἀποστυγέειν*. Ex verbis affectuum, quae apud Thucydidem cum infinitivo coniuncta non leguntur, apud Herodotum verbum *φθονέειν* III, 109 accusativum cum infinitivo regit.

ἔχθρας Ἀργείους σφίσι φίλους . . . γενέσθαι. *τιμῶμαι**: I, 33 § 2 ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προςγενέσθαι. VI, 10 § 4. *θεραπεύω**: VII, 70 § 3 οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον . . . μὴ λείπεσθαι τὰ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος. *σκέπτομαι** (secum reputare et consilium capere): VIII, 63 § 4 ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μὲν ἐᾶν . . . αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν . . . ὁρᾶν (quamquam subiectum idem manet, tamen ut Samii accuratius Alcibiadi modo commemorato opponantur, accusativus cum infinitivo usurpatur).

Iam duo verba sunt afferenda, quae primitus verba putandi fuisse, deinde voluntatis vim assumpsisse supra dixi.

δικαιόω: I, 140 § 1 τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασιν, ἤν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα, βοηθεῖν ἢ μηδὲ κατορθοῦντας τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι. IV, 64 § 2. *ἀξιόω*: I, 39 § 2 ὑμᾶς νῦν ἀξιοῦντες οὐ ξυμμαχεῖν, ἀλλὰ ξυναδικεῖν καὶ διαφόρους ὄντας ἡμῖν δέχεσθαι σφᾶς. I, 90 § 2. I, 95 § 1. I, 119 § 1. I, 135 § 2. III, 58 § 1. III, 68 § 1. III, 94 § 2. IV, 3 § 2. IV, 10 § 5. IV, 65 § 4. IV, 70 § 2. IV, 86 § 2. V, 36 § 6. V, 41 § 2. VI, 47 § 1. VI, 63 § 2. VI, 92 § 2. § 5. VII, 69 § 2. VIII, 16 § 1. VIII, 40 § 1. VIII, 45 § 4. VIII, 50 § 4. VIII, 56 § 4. Quattuor inveniuntur exempla, ubi negatio enuntiationis pendentis a verbo ἀξιοῦν est attracta. Actio infinitivo expressa semper ad personam a subiecto diversam est referenda: sensum verbi optime assequemur vertendo „von Jemand erwarten, dass nicht.“ Ita legitur III, 44 § 4 καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐπρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι. V, 89. VIII, 73 § 4. In quarto exemplo negatio non stricte a verbo ἀξιοῦν attrahitur, sed cum modali enuntiationis membro coniungitur. Sensus autem verbi ἀξιοῦν idem evadit. IV, 40 § 1 τοὺς γὰρ Λακεδαιμονίους οὔτε λιμῷ οὔτ' ἀνάγκῃ οὐδεμιᾷ ἠξίουν τὰ ὅπλα παραδοῦναι, ἀλλὰ ἔχοντας καὶ μαχομένους ἀποθνήσκειν.

Iam pergamus ad ea exempla, ubi accusativus subiecti est omissus. Huius neglegentiae causae et quasi ex-

cusationes quae sint, supra exposui. Participium ad infinitivum accedit I, 43 § 1 *νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ ἀξιοῦμεν κομίζεσθαι καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ ὠφεληθέντας* (scil. *ὑμᾶς*) *τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι*. Infinitivus est *εἶναι* cum praedicato: III, 3 § 1 *μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι* (scil. *αὐτά*). Subiectum facile ex praecedentibus potest audiri V, 61 § 4 *τὸν Ὀρχομενὸν πάντες ἐπολιόρκουν . . . βουλόμενοι ἄλλως τε προςγενέσθαι σφίσι*.

Restat, ut me convertam ad ea enuntiata, ubi notio voluntatis cogitatione est addenda. II, 13 § 1 *καὶ μηδεμίαν οἱ ὑποψίαν κατὰ τοῦτο γίγνεσθαι* (sc. *ἠξίου*). V, 28 § 1 *τούτων δὲ μηδετέροις ἐξεῖναι* (scil. *ἐψηφίσαντο*). VIII, 97 § 1.

§ 42. Verba impediendi et sinendi.

*περιοράω**: II, 20 § 2 *τὴν γῆν οὐκ ἂν περιιδεῖν τμηθῆναι*. *φυλάσσω*: III, 23 § 1 *τάς τε διόδους τῶν πύργων ἐνστάντες αὐτοὶ ἐφύλασσον μηδένα δι' αὐτῶν ἐπιβοηθεῖν*. VII, 17 § 1. *φυλακὴν ἔχω*: II, 69 § 1 *φυλακὴν εἶχε μήτ' ἐκπλεῖν . . μηδένα μήτ' ἐσπλεῖν*. *κινδυνεύω**: (periculum facio) IV, 15 § 2: *κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας κρατηθῆναι*.

§ 43. Verba accusandi.

*ἐν αἰτίᾳ ἔχω**: V, 65 § 5 *τοὺς ἑαυτῶν στρατηγοὺς αὖθις ἐν αἰτίᾳ εἶχον τό τε πρότερον καλῶς ληφθέντας πρὸς Ἄργει Λακεδαιμονίους ἀφεθῆναι*.

§ 44. Verba consuetudinis.

*ξυνεθίζομαι**: IV, 34 § 1 *ξυνειθισμένοι μᾶλλον μηκέτι δεινοὺς αὐτοὺς ὁμοίως σφίσι φαίνεσθαι*.

§ 45. Verba conveniendi.[1])

*ξυγχωρέω**: III, 75 § 1 *πείθει ὥστε ξυγχωρῆσαι κρῖναι . . τοὺς δ' ἄλλους οἰκεῖν*. V, 41 § 2.

*ξυμφέρομαι**: III, 65 § 1 *ξυνηνέχθησαν ὥστε ἀπαλλάσσεσθαι . . . τοῖς δὲ Καμαριναίοις Μοργαντίνην εἶναι*.

---

1) Legitur praeterea apud Herodotum *ὁμολογίῃ ἐχρήσαντο*.

ξυμβαίνω: II, 70 § 3 *ἐπὶ τοῖςδε οὖν ξυνέβησαν, ἐξελθεῖν αὐτοὺς καὶ παῖδας.* IV, 66 § 4. IV, 69 § 3 *ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις ῥητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι ὅπλα παραδόντας - τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις χρῆσθαι Ἀθηναίους:* quamquam subiectum idem manet, tamen accusativus ponitur cum infinitivo, ut Lacedaemonii in deditione facienda a ceteris sociis accurate distinguantur. Nominativus cum infinitivo in hac linguae conformatione invenitur IV, 80 § 3 et VIII, 89 § 3.

ὁμολογέω:* IV, 118 § 12 *καὶ ὡμολόγησαν τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν, ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν* § 13. § 14.
σπονδαὶ γίγνονται:* IV, 16 § 1.

Persaepe accidit, ut Thucydides condiciones foederis alicuius enumeret. Tum eo dicendi genere utitur, ut e notione paciscendi plerumque initio capitis posita omnes capitis infinitivi pendeant. Velut V, 18 § 2. § 3. § 6 § 8. V, 23. V, 47. VIII, 37. VIII, 57.

Notio regens supplenda est I, 82 . § 2 *ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν* et III, 28 § 1.[1])

Accusativus cum infinitivo epexegeseos aut appositionis vice fungitur.

§ 46. Accedit ad nominativum.

Unum inveni exemplum VIII, 24 § 5: *οἷς ταὐτὰ ἔδοξε, τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι.*

§ 47. Accedit ad genetivum.

I, 2 § 6 *καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, διὰ τὰς μετοικήσεις τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι.*

§ 48. Accedit ad accusativum.

III, 56 § 2 *κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι.*

---

1) Herodoti proprius is est usus, ut per anacoluthiam quandam post locutiones, quales sunt *ὡς λέγουσι, ὡς λέγεται* alias parenthetice positas, accusativum cum infinitivo pro verbo finito ponat.

§ 49. Pronomen demonstrativum infinitivum praecedit.

III, 44 § 3 *καὶ τοῦτο ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται, ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι.* IV, 61 § 6 *μηδὲ τοῦτό τις πρεσβύτατον ἥκει κρίνας, τὸ κοινῶς φοβερὸν ἅπαντας εὖ θέσθαι.* IV, 105 § 2 *κήρυγμα τόδε ἀνειπών, Ἀμφιπολιτῶν καὶ Ἀθηναίων τῶν ἐνόντων τὸν μὲν βουλόμενον ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας μετέχοντα μένειν, τὸν δὲ μὴ ἐθέλοντα ἀπιέναι.*

Infinitivus accuratioris definitionis.

§ 50. Apud adiectiva.

Infinitivus, mera nominis verbalis notio, etiam ita adhibetur, ut necessarium sit supplementum ad talia vocabula, quae per se plenum sensum non praebeant, sed accuratioris definitionis indigeant. Invenitur igitur apud adiectiva, quae dicuntur relativa. Eo in numero haec sunt.[1])

ἱκανός: I, 9 § 3 *ἱκανὸς τεκμηριῶσαι* I, 35 § 5 *βλάψαι.* I, 64 § 1. I, 73 § 4. I, 91 § 4. I, 95 § 7. I, 142 § 4. I, 143 § 5. II, 35 § 2. II, 48 § 3. II, 100 § 6. III, 4 § 3. III, 13 § 1. III, 18 § 3. III, 63 § 2. VI, 37 § 1. VI, 68 § 1. VI, 102 § 4. VII, 31 § 4. VIII, 11 § 1. VIII, 79 § 2. VIII, 86 § 5. *δυνατός:* I, 102 § 2 *ναυμαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι.* I, 128 § 7. I, 139 § 4. I, 141 § 6. II, 97 § 6. III, 12 § 3. III, 28 § 1. III, 39 § 2. III, 46 § 2. IV, 66 § 3. V, 21 § 2. VI, 86 § 3. VII, 56 § 2. VIII, 44 § 1. VIII, 76 § 4. *ἀδύνατος:* I, 32 § 5 *ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες τῇ οἰκείᾳ μόνον δυνάμει περιγενέσθαι.* I, 73 § 4. I, 105 § 3. I, 117 § 3. I, 141 § 6. II, 11 § 6. II, 80 § 1. II, 81 § 1. II, 84 § 3. II, 100 § 1. III, 10 § 5. III, 37 § 1. III, 37 § 4. III, 42 § 4. IV, 12 § 2. IV, 84 § 2. IV, 85 § 6. IV, 129 § 1. V, 37 § 2. VI, 39 § 2. VI, 86 § 3. VI. 91 § 2. VI, 102 § 2. VII, 15 § 1. VII, 64 § 1. VII, 56 § 3. VIII, 68 § 4. *οἷός τε:* I, 121 § 3

---

1) Alia huius modi adiectiva Herodotea sunt *ἄπορος, ἀξιόμαχος, εὐπετής, ἄρτιος, δεινός, βαρύς, φερέγγυος.*

ὑπολαβεῖν οἷοί τε ἐσμέν. I, 138 § 3. II, 60 § 4. III, 16 § 1. III, 98 § 1. IV, 27 § 1. IV, 69 § 1. V, 9 § 10. VI, 23 § 1. VI, 33 § 4. VI, 47 § 2. VII, 4 § 1. VII, 60 § 2. VIII, 2 § 2. VIII, 53 § 3. VIII, 65 § 3. VIII, 82 § 3. *ἑτοῖμος:* I, 85 § 2 *ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι.* I, 135 § 3. I, 141 § 5. I, 145 § 1. III, 82 § 1. § 6. § 8. IV, 19 § 3. IV, 61 § 5. IV, 73 § 2. IV, 80 § 1. IV, 83 § 3. IV, 108 § 6. IV, 110 § 1. IV, 122 § 4. IV, 124 § 3. V, 59 § 5. VI, 29 § 1. VI, 93 § 3. VII, 1 § 4. VII, 3 § 1. VII, 83 § 2. VIII, 1 § 4. VIII, 2 § 2. VIII, 9 § 1. VIII, 50 § 5. VIII, 80 § 2. VIII, 82 § 1. VIII, 92 § 6. *πρόθυμος:* II, 20 § 4 *προθύμους ἔσεσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων κινδυνεύειν.* III, 38 § 6. IV, 124 § 4. VI, 88 § 10. *ἐπιτήδειος:* II, 20 § 4 *ἐνστρατοπεδεῦσαι.* VIII, 63 § 4. VIII, 70 § 2. *ἐπίκαιρος**: I, 68 § 4 *ὧν τὸ μὲν ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἀποχρῆσθαι.* *αἴτιος:* [1]) I, 74 § 1 *ναυμαχῆσαι.* *ἀγαθός* (cum comparativis et superlativis) I, 138 § 3 *κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο.* II, 81 § 8. III, 38 § 5. VI, 39 § 1. VIII, 68 § 1. *κακός* (cum comparativis et superlativis) II, 60 § 5 *οὐδενὸς ἥσσων γνῶναι.* VI, 38 § 2. *κύριος:* IV, 18 § 1 *κυριώτεροι δοῦναι.* V, 63 § 4. VIII, 5 § 3. *αὐτοκράτωρ**: V, 45 § 1 *ξυμβῆναι.* VI, 26 § 1. *ἀξιόχρεως:* V, 13 § 1 *δρᾶν.*

Graecorum maxime est proprium, ut personalem adhibeant constructionem, ubi nos notione impersonali et enuntiato secundario utimur. Ita legitur apud Thucydidem: I, 40 § 4 *καίτοι δίκαιοί γ' ἐστὲ μάλιστα μὲν ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις, εἰ δὲ μὴ τοὐναντίον ἰέναι καὶ μὴ καθιστάναι* pro *δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς στῆναι.* III, 40 § 3 *ἐλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι.*

Adiectiva *δυνατὸς* et *ἀδύνατος* personaliter construuntur, si *δυνατὸς* non habet vim efficiendi, sed significat actionem infinitivo expressam propter subiecti qualitatem

---

1) Plerumque post *αἴτιος* adiectivum infinitivus cum articulo *τοῦ* adhibetur.

accidere posse, ut III, 38 § 4 *τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα σκοποῦντες ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι.* III, 47 § 5 *καὶ τὸ Κλέωνος οὐχ εὑρίσκεται δυνατὸν ὂν γίγνεσθαι.* III, 86 § 4. VIII, 106 § 4 *δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα περιγενέσθαι.*

Et activa et passiva constructio coniunctae inveniuntur VIII, 76 § 5: *ὥστε αὐτοὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἴργεσθαι.*

Adiectivis relativis etiam *ἄξιος* est adnumerandum. Exstat his locis: I, 70 § 1. I, 75 § 1. I, 76 § 3. II, 39 § 4. III, 67 § 4. VII, 86 § 5.

Saepius accidit, ut ab adiectivo *ἄξιος* infinitivus activi pendeat, cum infinitivum passivi exspectemus. Hanc loquendi consuetudinem inde repetendam esse puto, quod infinitivus his exemplis quodam modo significationem accusativi qui vocatur graeci assumit, adiectivum quasi absolute ponitur et infinitivo addito nihil exprimitur nisi quo iure scriptor aliquem vel aliquid dignum esse velit. Talia exempla inveniuntur I, 138 § 3 *ἄξιος θαυμάσαι.* I, 142 § 2 *οὐδὲ τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἄξιον φοβηθῆναι.* II, 54 § 5. VII, 30 § 4. VII, 63 § 3.

Deinde infinitivus eam actionem significat, quae efficit, ut praedicatum aliquod ad illam actionem respiciens de subiecto praedicari possit. Sensus idem evadit, si pro adiectivo cum infinitivo adverbium cum verbo finito substituimus, velut pro *ταχύς εἰμι βουλεύειν - ταχέως βουλεύω.* Invenitur talis infinitivus post haec adiectiva:[1] *ῥάδιος*: IV, 10 § 3 *ῥᾷστοί εἰσιν ἀμύνεσθαι* (sensu passivo). VI, 42 § 1 *ἵνα ῥᾴους ἄρχειν ὦσι* (sensu passivo). *χαλεπός**: I, 20 § 1 *χαλεπὰ ὄντα πιστεῦσαι* (sensu passivo). III, 94 § 4 *οὐ χαλεπὸν ἀπέφαινον καταστραφῆναι.* VII, 14 § 2 *χαλεπαὶ γὰρ αἱ ὑμέτεραι φύσεις ἄρξαι* (sensu passivo). VII, 44 § 3 *χαλεπὰ ἦν διαγνῶναι* (sensu passivo). VII, 51 § 1 *χαλεπωτέρους εἶναι προςπολεμεῖν* (sensu passeivo). *ταχύς**: I, 118 § 2

---

1) In universum Thucydides infinitivo activi utitur, sed ne passivum quidem evitat, ut III, 94 § 4. II, 39 § 4. Confer de ea re Krueger gr. gr. § 55, 3 adn. 8.

ταχεῖς ἰέναι. I, 132 § 5. *βραδύς*:* III, 38 § 6 *προνοῆσαι.* *ὀξύς*:* I, 70 § 2. *ταπεινός*:* II, 61 § 2 *ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν.* *σαφής*:* III, 13 § 1 *γνῶναι* (sensu passivo). *ὅμοιος:* IV, 126 § 5 *προςμῖξαι οὐχ ὅμοιοι.* *ξύμφορος*:* VIII, 96 § 5 *πάντων δὴ ξυμφορώτατοι προςπολεμῆσαι* (passivo). *ξυνετός*:* I, 84 § 3 *καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ . . . ἐπεξιέναι, νομίζειν δέ.* *κατάδηλος*:* IV, 47 § 2 *μὴ ἂν βούλεσθαι.* *βέβαιος*:* III, 11 § 1 *βεβαιότεροι ἂν ἡμῖν ἦσαν μηδὲν νεωτεριεῖν*, quocum conferas I, 141 § 5 *τὸ δὲ οὐ βέβαιον ἔχοντες*, id est *οὐ βέβαιοι ὄντες, μὴ οὐ προαναλώσειν.*

Accedunt hi loci: I, 144 § 2 *ταῦτα γὰρ δίκαια καὶ πρέποντα* ἅμα . . ἀποκρίνασθαι.* III, 53 § 2 *ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ* ἀποκρίνασθαι ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ ἔλεγχον ἔχει.* Puto cum Classeno, *τὰ ἀληθῆ* subiectum esse ad *γίγνεται* et infinitivum *ἀποκρίνασθαι* definiendi causa ad *ἀληθῆ* accedere („worauf die wahre Antwort verderblich wird").

Tria denique exstant exempla, ubi adiectiva quantitativa infinitivo accuratius explicantur. *ὀλίγος:* I, 50 § 5 *δείσαντες μὴ αἱ σφέτεραι δέκα νῆες ὀλίγαι ἀμύνειν ὦσι* (pauciores quam ut —).

πολύς:* VI, 34 § 4 *τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ περαιοῦσθαι.* *βραχύς*:* V, 111 § 2 *τὰ δ' ὑπάρχοντα βραχέα πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα περιγίγνεσθαι.*

§ 51. Apud substantiva.

Etiam apud substantiva talis invenitur infinitivus, qui indicat quatenus notio substantivi valeat. Plerumque ex primigenia infinitivi significatione vis finalis aut consecutiva apparet, ut hisce exemplis:[1]) I, 76 § 2 *ἰσχύι* τι κτήσασθαι.* II, 44 § 3 *οἷς ἔτι ἡλικία* τέκνωσιν ποιεῖσθαι.* IV, 52 § 3 *ναῦς τε γὰρ εὐπορία* ἦν ποιεῖσθαι.* III, 82 § 1 *διαφορῶν* οὐσῶν ἐπάγεσθαι.* III, 58 § 1 *τὴν δωρεὰν* μὴ κτείνειν.*

---

1) Alia substantiva apud Herodotum sunt *φόβος, χλαῖνα (ἐπιέννυσθαι).*

Substantivum relativum, ut ita dicam, est *δόκησις**: IV, 55 § 2 *οἷς τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον ἀεὶ ἐλλιπὲς ἦν τῆς δοκήσεώς τι πράξειν* (cfr. II, 84 § 1).

§ 52. Apud verba.

Infinitivus accuratioris definitionis invenitur primum apud talia verba, quae ampliore sensu auxiliaria possunt vocari, velut *κινδυνεύω, ὀφείλω, ἀπορέω, δέω* cum genetivo, alia. *κινδυνεύω**: III, 59 § 2 *τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν*. VI, 40 § 1 *τοῦ παντὸς κινδυνεῦσαι στερηθῆναι*. III, 74 § 2. VIII, 78 § 1. Passivum legitur II, 35 § 1: *πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἴποντι πιστευθῆναι*. *παρακινδύνευσιν ποιοῦμαι**: V, 100. *ὀφείλω**: IV, 19 § 3 *ὀφείλων γὰρ ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνεσθαι ὡς βιασθείς, ἀλλ' ἀνταποδοῦναί ἀρετήν*. IV, 87 § 4. *ἐν ἀπόρῳ εἰμί**: III, 22 § 6 *ἐν ἀπόρῳ ἦσαν εἰκάσαι τὸ γιγνόμενον*. *ἐν ἀπόρῳ ἔχομαι**: I, 25 § 1 *θέσθαι τὸ παρόν*.

Deinde eae complexiones mihi hic afferendae videntur esse, quibus Thucydides utitur, ut significet aliquid paene vel usque ad certum gradum esse factum vel quid impediverit aut defuerit, quin aliquid factum sit. II, 77 § 5 *τοῦτο τοὺς Πλαταιέας τἆλλα διαφυγόντας ἐλαχίστου ἐδέησε διαφθεῖραι*. IV, 129 § 4 *ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι*. VIII, 76 § 4 *ἡ* (*πόλις*) *παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι*. V, 3 § 3 *ἀποσχὼν τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους μὴ φθάσαι ἐλθών*. IV, 106 § 4 *τὴν δὲ Ἠιόνα παρὰ νύκτα ἐγένετο λαβεῖν*. VIII, 33 § 3 *παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις*.*

Deinde infinitivus diversis verbis additur, ut ea, quae verbis praecedentibus sunt narrata, quodammodo repetat et accuratius describat*: quibus locis nihil prorsus novi infinitivo additur. Ita legitur I, 95 § 5 *τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν*. I, 128 § 3 *κριθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀπελύθη μὴ ἀδικεῖν*. I, 22 § 4 *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται*.

Deinde de verbo *τάσσεσθαι* hoc loco mihi dicendum. Activum *τάσσω* habet significationem imperandi, accusativum rei imperatae regit (III, 50 § 2), quo infinitivus definiendi causa potest accedere. Ut I, 19 *χρήματα τοῖς πᾶσι τάξαντες φέρειν.* V, 31 § 2 *τάλαντον ἔταξαν . . ἀποφέρειν.*

Medium *τάσσεσθαι* habet significationem „sich auflegen lassen" et ipsum quoque cum accusativo rei coniungitur, ut I, 108 § 4 *φόρον τε ταξάμενοι.* Ad hunc accusativum infinitivus accedit, ut I, 101 § 3: *χρήματά τε ὅσα ἔδει ἀποδοῦναι αὐτίκα ταξάμενοι καὶ τὸ λοιπὸν φέρειν* et I, 117 § 3: *χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι.* Ad obiectum appositio accedit III, 50 § 2: *οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν*, quo in exemplo *δύο μνᾶς* pendere puto a *ταξάμενοι:* notio generalis *ἀργύριον* appositione accuratius explicatur. Alia est ratio I, 99 § 3: *οἱ πλείους αὐτῶν χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν:* hic enim *τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα* pendet a verbo *φέρειν* et ita vertendum: „die meisten von ihnen liessen sich Geldsummen auferlegen anstatt der Schiffe, damit ihr Pflichtteil abzutragen*."

Legitur deinde III, 6 § 2: „*καὶ τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους*". Nonnulla exstant exempla, ubi infinitivo vocabula *ἐπιμαχία* et *ξυμμαχία* explanantur et indicatur, quibus condicionibus foedera sint facta*. Ita legimus I, 44 § 1 *ἐπιμαχίαν δὲ ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν.* V, 48 § 2 *τὴν πρώτην γενομένην ἐπιμαχίαν ἀλλήλοις βοηθεῖν, ξυνεπιστρατεύειν δὲ μηδενί.* V, 48 § 2 *γενομένης πρὸ τούτου ξυμμαχίας τοῖς αὐτοῖς πολεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν.* VI, 79 § 1 *ἣν (ξυμμαχίαν) ἐποιήσασθε τοῖς Ἀθηναίοις βοηθεῖν.* Similis ea est constructio, ut dicatur certamen esse de aliqua re et infinitivo addito clarius exponatur, quo consilio utrique ad pugnam descenderint. Hoc semper ita fit, ut actio infinitivo expressa ad substantiva praecedentia sit referenda*. Velut V, 69 § 1 *Μαντινεῦσι μὲν ὅτι ὑπέρ τε πατρίδος ἡ μάχη ἔσται καὶ ὑπὲρ ἀρχῆς ἅμα καὶ δουλείας, τὴν μὲν μὴ πειρασαμένους ἀφαιρε-*

θῆναι, τῆς δὲ μὴ αὖθις πειρᾶσθαι· Ἀργείοις δὲ ὑπὲρ τῆς . . . ἡγεμονίας καὶ . . . ἰσομοιρίας μὴ διὰ παντὸς στερισκομένους ἀνέχεσθαι . . . V, 101 *οὐ γὰρ περὶ ἀνδραγαθίας ὁ ἀγὼν . . μὴ αἰσχύνην ὀφλεῖν, περὶ δὲ σωτηρίας μᾶλλον ἡ βουλὴ . . μὴ ἀνθίστασθαι.* VI, 69 § 3 *Ἀθηναῖοι (μαχούμενοι) περί τε τῆς ἀλλοτρίας οἰκείαν σχεῖν καὶ μὴ βλάψαι . . Ἀργεῖοι δὲ ξυγκτήσασθαι . . . καὶ οἰκήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν.*

Eodem modo III, 13 § 1 enarratur, quo consilio Mytilenaei ab Atheniensibus defecerint: *ἐνομίζομεν ἀποστήσεσθαι διπλῆν ἀπόστασιν, ἀπό τε τῶν Ἑλλήνων μὴ ξὺν κακῶς ποιεῖν αὐτοὺς μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν, ἀπό τε Ἀθηναίων μὴ αὐτοὶ διαφθαρῆναι, ἀλλὰ προποιῆσαι* . . .*

Infinitivus finali et consecutivo sensu ad obiectum accedit.

§ 53. Verba dandi, concedendi, imperandi.

Ex primigenia vi finali infinitivi is usus repetendus est, ut indicet quem ad finem actio verbi regentis sit facta.[1]) Hanc in formam usurpatus primum invenitur post verba dandi, praebendi, ubi latini gerundivum ponere solent. *δίδωμι:* I, 58 § 2 *τοῖς τε ἐκλιποῦσι τούτοις τῆς ἑαυτοῦ γῆς τῆς Μυγδονίας ἔδωκε νέμεσθαι.* II, 27 § 2. III, 68 § 3. IV, 36 § 3. IV, 55 § 2. V, 32 § 1. *παραδίδωμι:* II, 7 § 4. II, 30 § 1. VI, 61 § 3. VIII, 28 § 3. *προςτίθημι*:* VIII, 50 § 3 *προςέθηκε δὲ ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων κοινοῦσθαι. ἀντεπιτίθημι*:* I, 129 § 1. *παρέχω:* II, 74 § 3 *παρέσχετε αὐτὴν εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησι.* VIII, 50 § 5. *παρέχομαι*:* II, 12 § 5. *ἐμπαρέχω*:* VII, 56 § 3. *ἀφίημι*:* II, 13 § 1 *αὐτὰ δημόσια εἶναι. τάσσω:* VIII, 74 § 2 *τοὺς δὲ ἄλλους μετεμβιβάσαντες ἐς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν ἔταξαν φρουρεῖν περὶ Εὔβοιαν.* VIII, 86 § 9.

---

1) Alia verba apud Herodotum sunt *ἀποδιδόναι, ἐπιτράπω, παραβάλλω, μισθόω, προτίθημι.*

Saepe talis infinitivus invenitur post verbum *αἱρεῖν*: II, 34 § 8 *ᾑρέθη λέγειν*. VI, 8 § 4. VI, 12 § 2. VIII, 64 § 2. *ἐφαιρέω**: IV, 38 § 1 *ἐφῃρημένος ἄρχειν*. *τίθημι**: VI, 38 § 5 *ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον ἢ δυναμένους ἐτέθη ἀτιμάζειν*. Consecutivus infinitivi sensus maxime apparet in loco illo orationis funebris II, 44 § 1, in quo declarando multi viri docti elaborarunt. Legitur *οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη**. Classenus iure adnotat, quod iam Poppo dixit, mutationem constructionis (*οἷ' ἂν λάχωσι* et *ξυνεμετρήθη*) esse molestam, deinde Thucydidem omnino non de perpetua beatitudine dicere velle.

§ 54. Verba veniendi, mittendi.

Infinitivus, ut apud latinos supinum in „um" exiens, usurpatur apud verba movendi, ut quo consilio actio facta sit, significetur [1]). Velut IV, 8 § 3 *ὑπεκπέμπει φθάσας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι*. IV, 132 § 3 *ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ πράγματα*. VI, 8 § 2. V, 2 § 3. VI, 50 § 3. *κομίζω**: V, 56 § 3 *ἐκόμισε τοὺς Εἵλωτας λῄζεσθαι*. I, 128 § 3 *ἀφικνεῖται** *ἐς Ἑλλήσποντον . . . πράσσειν*. IV, 127 § 2. *ξυμπλέω**: VIII, 29 § 2 *παραδοῦναι τὰς ναῦς*. *ὁρμέω**: VIII, 75 § 1 *βάλλειν*. *τρέπω**: I, 50 § 1 *πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν*. Translato sensu idem verbum est usurpatum II, 65 § 10 *ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι*. III, 40 § 6 codicum scriptura haec est: *μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται** *καὶ διόλλυνται τὸν κίνδυνον κτλ.*, qui locus difficilis ad intellegendum recte ita a Stahlio [2]) videtur esse restitutus: *ἐπεξέρχονται καὶ διολλύναι αὐτόν, κίνδυνον* et quae sequ.

Finali sensu infinitivus est usurpatus etiam III, 59 § 2 *προφερόμενοι** *ὅρκους, οὓς οἱ πατέρας ὑμῶν ὤμοσαν, μὴ*

---

1) Leguntur praeterea apud Herodotum *ἀπιέναι, ἀποστέλλω*.
2) Mus. rhen. 1860, p. 475.

ἀμνημονεῖν ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν (ad quam personam infinitivus sit referendus, apparet ex pronomine *ὑμῶν*.)

Facile finalis vis in consecutivam transit.[1]) Notio enim eventus et consilii initio in infinitivo non erant distinctae. Habemus sensum consecutivum I, 17 § 1 *οὕτω πανταχόθεν ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ πολὺν χρόνον κατείχετο* μήτε κοινῇ φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι, κατὰ πόλεις τε ἀτολμοτέρα εἶναι* et II, 87 § 4 *μνήμην** (animi praesentiam) *ἕξει ἐν τῷ δεινῷ ἐπιτελεῖν ἃ ἔμαθεν.*

§ 55. Accusativus cum inf. causae.*

Duo leguntur apud Thucydidem enuntiata, ubi causae alicuius rei vel actionis duplici modo inter se diverso exprimuntur. Prior enim substantivo vel participio absoluto, altera accusativo cum infinitivo pronuntiatur. Tales infinitivos quamquam a notione verbi regentis pendere sola huius rei est explicatio, tamen quasi absolute pronuntiantur et membro praecedenti additi magis sui iuris fiunt. IV, 3 § 3 *τῷ δὲ διάφορόν τι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον ἑτέρου μᾶλλον, λιμένος τε προςόντος καὶ τοὺς Μεσσηνίους οἰκείους ὄντας αὐτῷ τὸ ἀρχαῖον καὶ ὁμοφώνους τοῖς Λακεδαιμονίοις πλεῖστ' ἂν βλάπτειν* et V, 53 § 1 *ἐδόκει δὲ τῷ Ἀλκιβιάδῃ προςλαβεῖν, τῆς τε Κορίνθου ἕνεκα ἡσυχίας καὶ ἐκ τῆς Αἰγίνης βραχυτέραν ἔσεσθαι τὴν βοήθειαν.*

§ 56. Infinitivus vel accusativus cum infinitivo ex parallelismo ortus.*

Ex vi infinitivi nominali etiam is usus repetendus mihi videtur esse, ut Thucydides aliquando infinitivum pro enuntiatione secundaria condicionali vel temporali ponat, si sententia infinitivo expressa coordinata est aut substantivo aut alii infinitivo. Ea re analogia quaedam et parallelismus efficitur. Ceterum haec linguae conformatio semper post comparativos invenitur, infinitivus autem eam

---

1) Vis consecutiva infinitivi apparet apud Herodotum post haec verba: *δύναμιν ἔχω, καταλαμβάνω, ὑφάπτω, ὀχετεύω, ζεύγνυμι.*

rem significat, quae cum subiecto comparativi confertur, quamobrem non mirabimur Thucydidem duo membra quam simillime conformasse. Invenimus IV, 66 § 3 *νομίζοντες ἐλάσσω σφίσι τὸν κίνδυνον ἢ τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ σφῶν κατελθεῖν* (pro *ἢ εἰ οἱ ἐκπεσόντες κατέλθοιεν*). V, 53 § 1 *βραχυτέραν ἔσεσθαι τὴν βοήθειαν ἢ Σκύλλαιον περιπλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις* (*ἢ εἰ περιπλέοιεν*).

Alia est ratio VI, 60 § 3: *βεβαιοτέραν γὰρ αὐτῷ σωτηρίαν εἶναι ὁμολογήσαντι μετ' ἀδείας ἢ ἀρνηθέντι διὰ δίκης ἐλθεῖν.* Cum *ὁμολογήσαντι* respondeat *ἀρνηθέντι*, etiam attributa *μετ' ἀδείας - διὰ δίκης ἐλθεῖν* inter se respondeant necesse est. Quare proprie *διὰ δίκης ἐλθόντι* Thucydidi erat scribendum. Puto scriptorem hoc loco eam potissimum ob rem infinitivo *ἐλθεῖν* esse usum, quod infinitivo enuntiatio plenius finitur.

§ 57. Verbum *ὑπάρχειν* abundat.[1])

Ex Graecorum more est, ut verbum generalis notionis pleonastice ad verbum transitivum cum obiecto coniunctum accedere possit, cuius rei unum habemus exemplum IV, 19 § 1 *διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν καὶ ἄλλην φιλίαν πολλὴν καὶ οἰκειότητα ἐς ἀλλήλους ὑπάρχειν**.

§ 58. Infinitivus in enuntiatis temporalibus.[2])

In oratione obliqua post coniunctiones interdum pro verbo finito infinitivus invenitur, ut II, 102 § 5 *λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτόν.* II, 93 § 3. VIII, 87 § 4.

§ 59. Infinitivus in enuntiatis hypotheticis*.

Etiam in enuntiatis hypotheticis, quae orationi obliquae insertae sunt, infinitivus pro verbo finito usurpatur, ut IV, 98 § 4 *καὶ αὐτοί, εἰ μὲν ἐπὶ πλέον δυνηθῆναι*, et quae sequ.

---

1) Is Herodoti usus, ut verbum *εἶναι* post verba *διατάσσειν, καταστῆναι, ἀποδέξαι, ἑλέσθαι, ποιήσασθαι, προςκτήσασθαι* pleonastice sit additum, apud Thucydidem non invenitur.

2) Semel apud Herodotum (II, 140) particula *ὅπως* cum infinitivo praesentis coniuncta significationem habet iterativam.

Infinitivus post πρίν particulam.[1])

§ 60. De voce πρίν in universum.[2])

Praeter πρίν particulam Thucydides etiam locutione πρότερον-ἤ utitur, ut id temporis momentum indicet, ante quod aliquid factum est.

Particula πρίν indicativum apud Thucydidem regit duodecies, coniunctivum undecies, optativum bis*, infinitivum sexagies sexies. πρότερον-ἤ habet indicativum bis, coniunctivum semel, infinitivum quater. In harum particularum usu paucis tantum exemplis Thucydides a certa regula aberravit, de quibus singillatim uberius dicetur. In universum idem dici potest, quod de Herodoto et poetis tragicis, post enuntiationem primariam affirmativam particulam infinitivo, post negativam verbo finito uti. Inter sexaginta sex enim exempla infinitivum praebentia duo tantum enuntiationem vere negativam sequuntur, indicativo particula sexies post affirmativas, toties post negativas enuntiationes utitur: coniunctivus et optativus semper post enuntiationes negativas inveniuntur. Idem valet de πρό-

1) Scripserunt de huius particulae usu Thucydideo Sturm: „Constructionen mit πρίν", „Beiträge d. hist. Syntax d. griechischen Sprache", Würzburg 1882, Heft III, et Wagner: de usu particulae πρίν Thucydideo et Xenophonteo, Diss. Rostock. 1879.

2) Herodotus praeter πρίν particulam etiam locutione πρίν-ἤ utitur: quod quamquam apud Thucydidem invenitur V, 61 § 1 a codicibus exhibitum, tamen recte ab editoribus ἤ particula est omissa (cfr. p. 84). πρίν apud Herodotum habet infinitivum decies quinquies, πρὶν ἤ vicies sexies, πρότερον(α)-ἤ (ἤπερ) septies. πρίν habet indicativum nonies, coniunctivum vicies quinquies. Ex quadraginta octo exemplis, ubi πρίν particula cum infinitivo coniungitur, tantum tria sunt, in quibus enuntiatio primaria est negativa (II, 11 non est vera exceptio). Duobus exemplis (I, 165 et IV, 9) Heilmannus recte infinitivum in coniunctivum mutasse mihi videtur: tertium (I, 71) interpolatum esse putat (p. 55 et 56). In ceteris omnibus exemplis enuntiatio primaria est affirmativa.

Particula πρίν plerumque cum infinitivo aoristi coniungitur, semel cum infinitivo perfecti (III, 25), quater cum infinitivo praesentis (VI, 116. VII, 228. VIII, 3. VIII, 144).

τερον - ἤ: uno loco excepto post enuntiationem affirmativam infinitivus, post negativam verbum finitum legitur.

§ 61. Particula πρίν cum verbo finito.

Indicativus post enuntiationes affirmativas sexies invenitur: tempora praecedentia sunt imperfectum I, 51 § 2. I, 118 § 2. VII, 39 § 2. VII, 71 § 5, aoristus III, 104 § 7, praesens historicum III, 29 § 1.

His exemplis πρίν idem valet quod apud latinos „cum inversum": indicativus infinitivo est antepositus, quod vim repentinam sententiae alterius magis effert. Quinque exemplis — praeter I, 51 § 2 — particula δή, quae habet vim intensivam, addita est, ut sententia antecedens quasi absolute pronuntietur, velut VII, 39 § 2: ἐπὶ πολὺ διῆγον τῆς ἡμέρας πειρώμενοι ἀλλήλων, πρὶν δὴ Ἀρίστων πείθει.

Wagnerus recte adnotat, enuntiationem secundariam sui iuris esse etiam ex tota periodi conformatione cognosci.

Si particula πρίν indicativo utitur post enuntiationes negativas, sententia a πρίν pendens semper rem vere factam continet. Bis οὐ πρότερον antecedit: II, 65 § 3 et V, 10 § 9. Aoristus antecedit: I, 132 § 5. II, 65 § 3. III, 101 § 2. V, 10 § 9. VIII, 105 § 2, imperfectum V, 61 § 1. Hoc loco omnes codices scribunt „οὐ προςῆγον πρὶν ἤ Μαντινῆς . . . κατηνάγκασαν. Haasius[1]) primus pro πρὶν ἤ - πρὶν δή scribi voluit. Hunc Kruegerus et Stahlius sequuntur. Classenus putat Thucydidem scripsisse πρὶν οἱ Μαντινῆς. Wagnerus p. 41 simplex πρίν recte restituisse mihi videtur. His exemplis πρίν idem valet quod ἕως. „Actione secundaria terminus definitur actionis primariae, quae quidem non solum ante perfectam secundariam accidit, sed etiam usque ad id temporis momentum permansit, a quo secundaria orsa est."

Si particula πρίν coniunctivo[2]) utitur, enuntiatio primaria semper est negativa, actiones semper ad tempus

1) hucubrat. Thucyd. p. 88.

2) Sub iudice est lis, utrum πρίν particulam ἄν admittat necne. Sturmius putat πρίν cum coniunctivo positum semper ἄν particulam

futurum spectant et enuntiatione secundaria condicio continetur. Plerumque verbum, ad quod enuntiatio a πρίν incipiens referenda est, pendet a verbo voluntatis vel iubendi, inter undecim exempla novies. Tempora praecedentia sunt inf. praesentis: II, 84 § 1. II, 102 § 5. VI, 10 § 5. VI, 29 § 2. VI, 71 § 2. VIII, 9 § 1. VIII, 9 § 3. inf. aoristi: I, 91 § 3. II, 6 § 2. ind. fut.: IV, 97 § 2.

Unum exstat exemplum VI, 38 § 2, ubi enuntiatio primaria affirmativa videtur esse: ἡμεῖς δὲ κακοί, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαι. Wagnerus negativum sententiae sensum a verbo δέδοικα repetit, quod supervacaneum est, cum κακοί (ungeschickt) negationem praebeat.

πρίν optativo* utitur iisdem condicionibus quibus coniunctivo. Duo inveniuntur exempla III, 22 § 8 et IV, 117 § 1, quorum prius optativum praebet propter attractionem ad praecedentem optativum, alterum quod antecedunt tempora historica.

πρότερον - ἤ indicativo bis utitur post enuntiationes negativas II, 65 § 12 et VIII, 24 § 5, ut res vere facta exprimatur: coniunctivo VII, 63 § 1. In enuntiatione secundaria condicio affertur.

§ 62. πρίν infinitivo utitur.

Inter sexaginta sex exempla duo tantum inveniuntur post enuntiationes negativas. Sedecim exempla infinitivum praesentis exhibent (unum post enuntiationem negativam). Tempora praecedentia plerumque sunt praeterita: aoristus: I, 39 § 2. I, 68 § 2. III, 24 § 2. IV, 2 § 1. IV, 125 § 4. V, 84 § 3. VI, 61 § 1. imperfectum: IV, 14 § 1. IV, 67 § 3. V, 41 § 3. VI, 29 § 1. praesens historicum: II, 67 § 3. praesens iterativum: V, 60 § 6, participio utens I, 39 § 1.

---

requirere, Wagnerus discrimen facit inter temporalem (sine ἄν) et condicionalem (cum ἄν) particulae usum. Confer Krueger gr. gr. § 54, 17 adn. 3.

Uno loco infinitivus cum *πρίν* coniunctus attributi vice fungitur, III, 64 § 3 *τὴν τελευταίαν τε πρὶν περιτειχίζεσθαι πρόκλησιν . . οὐκ ἐδέχεσθε.* [1])

A regula principali abhorret V, 10 § 3: *οὐ βουλόμενος μάχῃ διαγωνίσασθαι πρίν οἱ καὶ τοὺς βοηθοὺς ἥκειν.* Cleo ante sociorum adventum committere proelium noluit. Infinitivus positus est, quod Cleo nesciebat, utrum auxilia sibi essent exspectanda necne: si verbum finitum esset usurpatum, Thucydides diceret Cleonem certos de adventu sociorum exspectando nuntios accepisse.

Duo exstant exempla I, 39 § 2 et I, 68 § 2, quae regulae oppugnare Sturmius contendit. Eadem ratio est exemplorum. I, 39 § 2 *οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡγήσαντο ἡμᾶς οὐ περιόψεσθαι, τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο* et I, 68 § 2: *καὶ δι' αὐτὸ οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν, τοὺς ξυμμάχους τούςδε παρεκαλέσατε.* Etiam Wagnerus plura de his locis verba facit, quam opus esse mihi videtur. Dicit enim negationem ante *πρίν* positam non esse veram, sed per artem quodammodo inductam: totum esse genus dicendi rhetoricum. Iam non video, cur uterque in re tam simplici haeserit: negatio *οὐ* non verbum regens negat, sed enuntiatum a *πρίν* incipiens, id quod inde elucet, quod alia temporis definitio particula adversativa *ἀλλά* inducta huic priori temporis definitioni est opposita. Quare negatio ad constructionem particulae *πρίν* omnino non pertinet.

Iam dicendum mihi est de *πρίν* cum infinitivo aoristi coniuncto. Inter quinquaginta exempla unum invenitur post enuntiationem vere negativam. Primum mihi de locis dubiis vel regulae contrariis agendum est.

Wagnerus et Sturmius locum VII, 50 § 4 regulae contrarium esse contendunt. Legitur *καὶ ὁ Νικίας οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, πρίν, ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη.* Difficultas facile tollitur, si cum scholiasta positionem enuntiationis

---

1) cf. Th. Forsmann: l. c. p. 53.

membrorum, quae satis est contorta, recte digerentes ita explicamus: *οὐδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη, πρὶν μεῖναι.* Ita construunt etiam Kruegerus, Heilmannus, denique is qui Sturmii commentationem recensuit.[1]) Deinde duos affert Wagnerus locos, qui negationem haberent abditam, II, 53 § 3 et VII, 28 § 3.[2]) Legitur II, 53 § 3: *ἄδηλον νομίζων εἰ πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἐλθεῖν διαφθαρήσεται.* Aperte autem sententia a *πρίν* pendens ad *διαφθαρήσεται* est referenda et meram temporis notionem continet, quae paene in formam definitionis adverbialis transiit, ita ut infinitivus suum obtineat locum. Contra alterum exemplum VII, 28 § 3 unicum est, ubi pro infinitivo verbum finitum positum esse velim: *ἐς φιλονικίαν καθέστασαν τοιαύτην ἣν πρὶν γενέσθαι, ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας.* Wagnerus infinitivum ita explicat, ut eum comparet cum I, 39 § 2 et I, 68 § 2. Sed haec exempla omnino conferri non possunt, quod prorsus sunt dissimilia. Illic enim nihil nisi mera temporis definitio affertur; hic res vere facta exprimitur, quae meo quidem iudicio post negativum verbum *ἀπιστεῖν* indicativum requirebat. Mihi causa infinitivi inde repetenda videtur esse, quod tota enuntiationis summa mente est cogitata et verbum regens in protasi irrealis quae dicitur enuntiationis hypotheticae invenitur. Fortasse aliud quoque ad infinitivi explicationem afferri potest. Wagnerus eam Thucydidis consuetudinem commemorat, ut pro pronomine demonstrativo cum particula *καί*, qua enuntiatio a *πρίν* pendens antecedentibus adnectitur, relativum sequente *πρίν* particula ponatur, ut II, 53 § 3 *ἣν πρὶν ἐμπεσεῖν* pro *καὶ πρὶν ταύτην ἐμπεσεῖν.* Nescio an Thucydides nostro loco, ubi *ἥν* ad *τοιαύτην* referendum ab *ἀκούσας ἠπίστησε* pendet, hac sua loquendi consuetudine permotus sit, ut accusativo cum infinitivo pergeret, praesertim cum ex *ἥν* subiectum *αὐτή* ad verbum *γίγνεσθαι* esset supplendum.

1) „Zeitschr. f. österr. Gymn.“ XXXIV, p. 273.

2) De his Sturmius nihil dicit, quamquam VII, 28 § 3 una est vera exceptio.

Restat, ut de uno exemplo loquar, ubi *πρότερον-ἤ* post enuntiationem negativam infinitivum habet. Legitur II, 40 § 2: *οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν.* Puto hoc loco eam ob causam infinitivum esse positum, quod verbum, ad quod temporis definitio est referenda, ipsum quoque infinitivo utitur.

Iam revertor ad exempla regulae convenientia. In mera rerum gestarum narratione in universum praeteritum antecedit: aoristus: I, 125. IV, 69 § 1. IV, 70 § 2. IV, 79 § 1. IV, 83 § 6. IV, 101 § 4. IV, 135 § 1 (bis). V, 38 § 2. V, 45 § 4. VI, 2 § 5. VI, 49 § 2. VI, 76 § 1. imperfectum: II, 13 § 1. IV, 78 § 5. V, 65 § 3. VI, 97 § 3. VIII, 42 § 1. VIII, 45 § 1. praesens: II, 12 § 2. II, 56 § 1. II, 82. IV, 20 § 1. VI, 4 § 2. VI, 97 § 2. Enuntiatio primaria ad tempus futurum spectat his locis: antecedente futuro: II, 53 § 3. IV, 85 § 4. V, 9 § 6. VIII, 12 § 1. imperativo: I, 78 § 1. I, 141 § 1. Verbum, ad quod sententia a *πρίν* pendens est referenda, pendet ab alio verbo, plerumque voluntatis, ita ut forma evadat „hoc fieri volo, antequam illud factum sit" his locis: I, 20 § 2. II, 86 § 6. II, 93 § 1. III, 30 § 1. IV, 4 § 3. IV, 67 § 4. IV, 72 § 1. IV, 104 § 5. IV, 125 § 1. IV, 128 § 1. V, 8 § 4. V, 41 § 3. VI, 29 § 1. VII, 36 § 1. Infinitivus invenitur in enuntiatione primaria, sed non a verbo voluntatis pendens, etiam his locis: II, 53 § 4. III, 46 § 6. III, 94 § 4. Duo exempla sunt, quae enuntiationem primariam negativam videntur exhibere, quae tamen logice ut ita dicam est positiva: III, 94 § 4 *οὐ χαλεπόν*, i. e. *ῥᾴδιον* et I, 125, ubi oppositione *ἔλασσον δὲ* sensus efficitur affirmativus.

πρότερον-ἤ ter infinitivum habet post enuntiationes affirmativas, ut meram temporis definitionem afferat. Praecedit aoristus: I, 69 § 5. VI, 58 § 1. imperfectum: VIII, 45 § 5.

Item ut *πρότερον-ἤ* etiam *ὕστερον-ἤ* infinitivo utitur VI, 4 § 2: *ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκῆσαι, Πάμιλλον*

πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι. Singularis est accusativus *αὐτούς*, cum subiectum idem maneat. Stahlius cum Ullrichio *οἰκίσαι* legit, quod nulla esset oppositio, quae accusativum excusaret. Classenus recte mihi videtur respondere oppositionem in sequente *Σελινοῦντα* esse positam.

Pauca sunt addenda de subiecto enuntiationum a *πρίν* pendentium.

Si in enuntiatione secundaria persona vel res subiecti vice fungitur, quae in primaria aliquo casu posita legitur, solus usurpatur infinitivus. Hoc modo casus obliquus enuntiationis primariae in secundaria subiectum esse potest, ut III, 46 § 6. III, 94 § 4. VI, 97 § 3. Saepe ex participiis antecedentibus vel sequentibus est sumendum, ut I, 125. II, 13 § 1. II, 56 § 1. Etiam ex enuntiationibus infinitivum sequentibus et subordinatis subiectum potest sumi, ut I, 39 § 2. I, 68 § 2. VI, 76 § 1.

Nova notio accusativo effertur, ut II, 82. IV, 2 § 1 alibi.

Infinitivus post *ὥστε*[1]) particulam.

§ 63. De particula in universum dicitur.

Praeter infinitivum particula *ὥστε* apud Thucydidem etiam verbum finitum regit, atque ratione subducta indicativum undeseptuagies, optativum cum *ἄν* coniunctum septies, imperativum ter[2]), quibus opposita sunt ad centum quadraginta exempla, quae infinitivum praebent.

---

1) Scripserunt de particulae *ὥστε* usu: Seume: de sententiis consecutivis graecis, Diss. Gotting. 1883. Fellmann: de *ὥστε* particula, Diss. Vratislav. 1883. Wilde: de *ὥστε* particula Progr. Goerlitz 1861.

2) Particula *ὥστε* indicativum regit: I, 2 § 6. I, 18 § 3. I, 74 § 3. I, 122 § 2. II, 4 § 2. II, 11 § 6. II, 48 § 2. II, 49 § 6. II, 53 § 2. II, 57 § 1. II, 62 § 3. II, 87 § 3. § 7. II, 97 § 4. II, 98 § 3. II, 100 § 6. II, 102 § 3. III, 12 § 2. III, 13 § 4, III, 17 § 2. III, 23 § 4. III, 46 § 4. III, 49 § 8. III, 74 § 2. III, 82 § 8. III, 93 § 3. III, 96 § 3. III, 104 § 2. IV, 6 § 2. IV, 10 § 5. IV, 23 § 2. IV, 28 § 4. IV, 55 § 2. IV, 68 § 6. IV, 78 § 3. IV, 83 § 4. IV, 85 § 7. IV, 106 § 2. IV, 125 § 1. IV, 133 § 2. V, 6 § 3. V, 7 § 4. V, 14 § 4. V. 26 § 3. V, 29 § 1. § 4. V, 35 § 4. V, 42 § 2. V, 50 § 4. V, 96. V, 109. VI, 10 § 5. VI, 11 § 7. VI, 24 § 2. VI, 26 § 2. VI,

Nescio an non ratio certa possit constitui, quam Thucydides in hac particula construenda sit secutus: id tantum dici videtur posse, particulam cum verbo finito coniunctam enuntiationi consecutivae maiorem tribuere vim eamque quasi sui iuris facere, cum infinitivus post ὥστε particulam notioni antecedenti explicandae inserviat atque supplementum sit prioris sententiae.

Liceat mihi statim ea afferre, quae de subiecto enuntiationis consecutivae videntur esse dicenda, quia in exemplis enumerandis non eum ordinem adhuc servatum retinebo, ut primum exempla solum infinitivum praebentia, deinde accusativi cum infinitivo afferam. Nam cum magna sit varietas in subiecto aut addendo aut omittendo, materia nimis mihi esset discindenda. In universum igitur idem est dicendum, quod iam de πρίν particula cum infinitivo coniuncta dictum est. Si subiectum idem manet, solus ponitur infinitivus: si subiectum enuntiationis consecutivae in enuntiatione primaria quolibet casu expressum adest, simplex ponitur infinitivus: ita casus obliquus est subiectum enuntiationis consecutivae IV, 37 § 2. IV, 78 § 4. Subiectum etiam ex enuntiatione subordinata potest sumi, ut VIII, 90 § 4.

Si subiectum per se potest intellegi, etiam prorsus omitti potest, ut II. 49 § 5.: τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο ὥστε μήτι τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων τὰς ἐπιβολὰς μηδ' ἄλλο τι ἢ γυμνοὶ ἀνέχεσθαι, quod exemplum etiam eam ob causam est valde singulare, quia oratio ita est conformata, quasi οἱ νοσοῦντες subiectum totius esset periodi. cf. I, 40 § 4.

Si notio antea non commemorata vices subiecti enuntiationis consecutivae obtinet, patet accusativum cum infinitivo poni.

---

34 § 6. VI, 37 § 2. VI, 61 § 4. VI, 80 § 1. VI, 85 § 3. VI, 93 § 2. VII, 4 § 6. VII, 25 § 7. VII, 44 § 3. § 5. § 7. VIII, 66 § 2. VIII, 68 § 4. VIII, 73 § 6. ὥστε cum imperativo* est coniunctum: I. 124 § 1. VI, 91 § 4. VII, 63 § 4 cum optativo et ἄν: I, 70 § 9. II, 60 § 7. III, 58 § 3. V, 94. V, 97. VI, 18 § 1. VI, 34 § 2.

Constat particulam ὥστε proprie non fuisse particulam consecutivam, sed comparativam („wie etwa"). Atque cum ad comparationem res afferantur non re vera factae, sed tantum mente fictae, infinitivus ut notio generalis verbi ad hanc rem aptissimus videbatur esse. Infinitivus autem per se habebat vim finalem, quod fuit locativus, et consecutivam, quod fuit dativus. Haec notio infinitivi et finalis et consecutiva optime apparet in eis infinitivis, quae saepissime inveniuntur post pronomina et adiectiva, quantitatem et qualitatem significantia, velut τοῖος, τοιοῦτος, ὅσος: ita non mirum esse potest ὥστε tali infinitivo additum paullatim in significationem particulae consecutivae transiise (cfr. Fellmann p. 17).[1])

Atque non ὥστε vim consecutivam, sed infinitivum habere, etiam uno apud Thucydidem exemplo possumus observare, ubi particula ὡς cum infinitivo coniuncta eandem habet significationem consecutivam quam ὥστε cum infinitivo coniunctum. Legitur enim VII, 34 § 6: ναυμαχήσαντες δὲ ἀντίπαλα μὲν καὶ ὡς αὐτοὺς ἑκατέρους ἀξιοῦν νικᾶν (De accusativo αὐτοὺς ἑκατέρους confer Lobeckium ad Phrynichum p. 750 et I, 12. VI, 4 § 2. VI, 96 § 1. al.)

§ 64. Particula infinitivum regit.

Iam vero particula ὥστε a Thucydide non semper ita usurpatur, ut enuntiationes vere consecutivas inducat, sed vario modo adhibetur et in enuntiationibus pendentibus semper potest poni, ubi aliquo modo de ratione consecutiva

---

1) Baeumlein: „Untersuchungen über die griechischen Modi", Heilbronn 1846, p. 88 und 89. „Was die Partikeln ὡς und ὥστε betrifft, so stehen sie auch in dem Folgesatz ursprünglich als vergleichende Partikeln, um die Angemessenheit der Ursache zur Wirkung auszudrücken. Die griechische Sprache bediente sich nämlich, um das Causalitätsverhältniss zwischen zwei Handlungen zu vergleichen, vornehmlich solcher Ausdrucksweisen, die ein Entsprechen, eine Angemessenheit des Einen zum Andern bezeichnen. Demgemäss müssen wir bei ὥστε und ὡς im Folgesatze von der Bedeutung „wie" ausgehen, wodurch Ursache und Wirkung oder Folge in ein gleiches, sich gegenseitig entsprechendes Verhältnis treten."

cogitare possumus. Ac primum quidem verba invenimus, quae sine ullo significationis discrimine et solum infinitivum et infinitivum cum *ὥστε* coniunctum regunt. De ea re Akenius [1]) haec dicit: „Der Infinitiv bei *ὥστε* erklärt sich aus den Ausdrücken der Fähigkeit und Beschaffenheit. Die Verba der Fähigkeit und des Könnens enthalten diesen Begriff der Beschaffenheit schon in sich, ebenso die des Strebens, überhaupt alle, die proäretisch eine Disposition des Subjects ausdrücken. Daher diese eines *ὥστε* beim Infinitiv nicht bedürfen. Andere werden durch *ὥστε* erst zu erstgenannten umgeschaffen, als enthielten sie ein *τοιούτως*."

Deinde p. 131. „Vom Deutschen aus erscheint *ὥστε* überflüssig, weil wir jene Verba sofort als proäretisch erkennen, die also selber schon und nur eine Disposition, also eine Beschaffenheit für etwas ausdrücken. Das waren aber ursprünglich jene Verbe nicht von vornherein. Es enthielten jene Verba des Könnens, Müssens vollständige Verbalbegriffe und regierten den Infinitiv völlig als Object. Erst allmählich gewöhnte man sich beide Handlungen als eine einzige untrennbare zu fassen: erst dann sind sie Hülfsverba."

Ceterum est notandum particulam *ὥστε* post talia verba semper cum infinitivo coniungi [2]) neque unquam pronomen *οὕτω* antecedere, duobus apud Herodotum locis exceptis.

Legimus I, 129 § 3: *καί σε μήτε νὺξ μηθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν.* Quo cum exemplo conferamus aliud, ubi aliud verbum impediendi cum infinitivo sine *ὥστε* particula coniungitur, qui nihilominus vim habet consecutivam: I, 17 § 1 *ἡ Ἑλλὰς κατείχετο μήτε κατεργάζεσθαι, ἀτολμοτέρα τε εἶναι.* Facile est ad intellegendum, ad tales infinitivos consecutivos *ὥστε* apte accedere.

1) „Die Grundzüge der Lehre von Tempus und Modus im Griechischen", p. 125.

2) Krueger: gr. gr. § 65, 3 adnot. 1.

Verba talia sunt: δέομαι*: I, 119 ψηφίζομαι*: V, 17 § 3. VI, 88 § 8. πείθω cum compositis: II, 2 § 4. II, 101 § 5. III, 31 § 1. III, 66 § 2. III, 70 § 5. III, 75 § 1. III, 100 § 1. III, 102 § 6. V, 35 § 7. VIII, 5 § 2. ἐπέχω*: I, 129 § 3. ἔχω τὴν γνώμην*: III, 25 § 2. τῆς γνώμης ἔχομαι*: III, 81 § 1. παρασκευάζω*: III, 36 § 5. VIII, 14 § 2. κατέχω*: IV, 130 § 6. ἀπέχομαι*: I, 49 § 7. κωλύω*: VII, 36 § 4. νικάω*: III, 36 § 6. πράσσω*: V, 78 § 1. διδάσκω*: VIII, 45 § 3. ἐπιστέλλω*: V, 37 § 1. προτρέπομαι*: VIII, 63 § 3. ἀποτρέπω*: VIII, 108 § 1. ἀποδέχομαι*: VII, 48 § 3. ἐπαγγέλλομαι*: VIII, 86 § 8. λόγους προπέμπω*: 47 § 2. ἐπικηρυκεύομαι*: VII, 49 § 1. ξυγχωρέω*: VIII, 93 § 3. ἑτοῖμός εἰμι*: I, 28 § 5 (simplex invenitur accusativus cum infinitivo VIII, 9 § 1).

Etiam impersonalia ita usurpantur:[1]) ξυνέβη: V, 14 § 1. δόξαν*: VIII, 79 § 1. ξυνεχωρεῖτο*: V, 17 § 2.

Invenimus deinde particulam apud substantiva praedicati vice fungentia: νόμος*: I, 40 § 4. ἐπιστολή*: VIII, 45 § 1. πρόκλησις*: III, 64 § 3. καιρός*: IV, 23 § 2. διδαχή*: I, 120 § 2.

Ex significatione, quam habet particula VIII, 93 § 3 ξυνεχώρησαν ὥστε ἐκκλησίαν ποιῆσαι facile ea vis oritur, quam praebet post verba paciscendi, stipulandi „unter der Bedingung dass, auf die Bedingung hin." Velut I, 29 § 5. I, 44 § 1. III, 28 § 1. § 2. III, 34 § 3. III, 75 § 1. III, 114 § 3. IV, 37 § 2. IV, 46 § 2. IV. 65 § 1. V, 27 § 2. V, 61 § 5. V, 116 § 3. VI, 7 § 1. VII, 82 § 2. VII, 83 § 2. VII, 86 § 3. VIII, 20 § 2.

Particula dativo ὁμολογίᾳ corroboratur I, 29 § 5.

Sicut solus infinitivus habet vim et finalem et consecutivam, etiam cum ὥστε coniunctus finem actionis indicare potest.[2])

---

1) Apud Herodotum etiam συνήνεικε particulam habet redundantem. Ceterum Thucydidis usus multo latius valet.

2) cf. Krueger: gr. gr. § 65, 3 adnot. 1.

Eventus est finis, quem quis est assecutus.* Ita invenimus I, 90 § 3 *ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν ἄρωσιν ἀπομάχεσθαι.* Alia apud Thucydidem vocabula, quae hunc particulae usum admittunt, haec sunt: *ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον:* I, 34 § 3. *χρῆσθαι:* I, 76 § 3. *προκαλύμματα εἶχε δέῤῥεις:* II, 75 § 5. *οὐ βέβαιος ἐπεπήγει ὁ κρύσταλλος:* III, 23 § 5. *ἀποπέμπειν:* V, 64 § 3. *φυλάσσω:* VII, 77 § 5. *ὁρμάω:* VIII, 84 § 3. *προςτάσσω:* VIII, 87 § 1.

Duo habemus apud Thucydidem exempla, ubi particula *ὥστε* cum infinitivo coniuncta causam affert actionis in antecedentibus expressae et paene in significationem particulae causalis transiit.* (Velim conferas cum hac re eum accusativi cum infinitivo usum, quem attigi § 55). Ita habemus I, 136 § 1 *δεδιέναι φασκόντων Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν ὥστε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι.*

Enuntiatio consecutiva causum continet, cur Corcyraei Themistoclem servare noluerint, quae causa est consecutio necessaria actionis enuntiationis primariae. Idem habemus II, 40 § 4: *βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σῴζειν.* Is, qui beneficiis iam obstrinxit, certior est socius, quod benevolentiam ei servat, quem beneficiis affecit, quam is, qui gratum animum nondum praestitit.

Duo exstant exempla, quae *ὥστε* cum infinitivo post comparativum cum particula *ἤ* exhibent*: I, 84 § 3 *παιδευόμενοι σωφρονέστερον ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν.* VIII, 46 § 5 *τά τε ἄλλα καταφανέστερον ἢ ὥστε λανθάνειν οὐ προθύμως ξυνεπολέμει.*

Iam ad ea venio exempla, quae significationem vere consecutivam dilucide prae se ferunt. Saepe demonstrativa praecedunt: I, 130 § 2. II, 40 § 3. II, 49 § 5. IV, 12 § 3. IV, 47 § 2. IV, 64 § 1. V, 34 § 2. VI, 77 § 2. VII, 62 § 4. VIII, 56 § 2. VIII, 56 § 4. VIII, 76 § 5. VIII, 90 § 4. Plerumque autem notio demonstrativa est omissa: I, 29 § 3. I, 36 § 2. I, 41 § 1. I, 50 § 3. I, 54 § 2. I, 80 § 1. I, 81 § 1. I, 91 § 4. I, 121 § 5. I, 124 § 3. I,

141 § 7. II, 4 § 3. II, 51 § 6. II, 58 § 2. II, 75 § 3. II, 76 § 2. III, 21 § 2. § 3. III, 43 § 2. III, 44 § 4. III, 87 § 2. III, 92 § 4. III, 108 § 1. IV, 29 § 3. IV, 36 § 2. IV, 46 § 3. IV, 73 § 3. IV, 78 § 4. IV, 79 § 3. IV, 81 § 2. IV, 100 § 4. IV, 104 § 4. IV, 132 § 2. V, 35 § 5. V, 49 § 1. V, 74 § 3. VI, 12 § 1. VI, 70 § 1. VI, 90 § 4. VII, 6 § 4. VII, 11 § 3. VII, 19 § 3. VII, 34 § 1. VII, 42 § 3. VII, 75 § 4. VIII, 45 § 2. VIII, 54 § 4. VIII, 66 § 4. VIII, 86 § 6. VIII, 104 § 5.

Negatio semper *μή* est, duobus locis exceptis: V, 40 § 2 *ὥστε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους ἔτι σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιήσασθαι* et VIII, 76 § 6 *ὥστε οὐδὲ τούτους, οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστόν, παρὰ σφίσι χείρους εἶναι*, quam negationem iure Poppo dicit inde ortam esse, quod enuntiationes in oratione obliqua inveniantur, ita ut verbum finitum hic pariter in infinitivum sit mutatum ut aliis quoque locis, ut IV, 29 § 3. IV, 73 § 3. IV, 97 § 4. Quid quod particula *μή* vel eis invenitur locis, ubi enuntiatio consecutiva paene absolute est pronuntiata, ut I, 12 *ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι:* ita plurimi et optimi codices locum exhibent. Classenus recte contendit, quamquam idem subiectum maneat, tamen accusativum *ἡσυχάσασαν* esse retinendum, quia ab antecedentibus quasi sit seiuncta enuntiatio consecutiva: similes affert locos VII, 4 § 2. VII, 34 § 6, quibus plures adiicere est supervacaneum.[1]) Seumius negat, hoc loco oppositionem exstare; sed errare mihi videtur: sunt opposita inter se *μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο* et *ἡσυχάσασαν αὐξηθῆναι* („Griechenland erfuhr noch viele Wandlungen — darum konnte es nicht zur Ruhe kommen und wachsen"), quamobrem equidem non dubito codicum scripturam retinere.

§ 65. Infinitivus post *ὅτι* coniunctionem in oratione obliqua.

Si *ὅτι* cum infinitivo ponitur, duae constructiones inter se miscentur. V, 46 § 3 *εἰπεῖν τε ἐκέλευον ὅτι καὶ σφεῖς,*

1) Lobeck: ad Phrynichum p. 750.

εἰ ἐβούλοντο ἀδικεῖν, ἤδη ἂν Ἀργείους ξυμμάχους πεποιῆσθαι (*ὅτι σφεῖς ἐπεποίηντο ἂν* vel *σφεῖς ἂν πεποιῆσθαι* vel solum *πεποιῆσθαι ἄν*) *ὡς παρεῖναι γ' αὐτοὺς αὐτοῦ τούτου ἕνεκα.*

§ 66. Infinitivus in enuntiatis relativis.

Vis orationis obliquae pertinet etiam ad enuntiata relativa, quae orationi obliquae sunt inserta, et efficit, ut saepe pro verbo finito infinitivus ponatur. Si subiectum aliud exsistit, accusativus ponitur cum infinitivo. Habemus solum infinitivum: I, 91 § 5 *ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι.* V, 45 § 2 *ὥσπερ καὶ νῦν ἀντιλέγειν.* VI, 25 § 2. VI, 72 § 3. VII, 47 § 4. VIII, 2 § 1. VIII, 27 § 3.

Pronomen *αὐτός* accedit: IV, 98 § 5 *ὕδωρ τε ἐν τῇ ἀνάγκῃ κινῆσαι, ἣν οὐκ αὐτοὶ ὕβρει προςθέσθαι.* VI, 64 § 3 *ἀφ' ὧν αὐτὸς ἥκειν.*

Legitur accusativus cum infinitivo. V, 46 § 3 *ὡς παρεῖναί γ' αὐτοὺς αὐτοῦ τούτου ἕνεκα.* VI, 24 § 3 *ὅθεν ἀίδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν.* VIII, 48 § 5 *αἷς ὑποσχέσθαι δὴ σφᾶς ὀλιγαρχίαν.* VIII, 48 § 6 VIII, 72 § 1.

Tria habemus exempla infinitivi in enuntiatis relativis quae non partes sunt orationis obliquae. Semper notio imperandi vel vetandi in infinitivo inest, ut II, 24 § 2 *ὧν μὴ χρῆσθαι μηδεμιᾷ ἐς ἄλλο τι.* V, 63 § 4 *ἄνευ ὧν μὴ κύριον εἶναι.* II, 13 § 5 *οἷς χρήσεσθαι αὐτούς.*

Pars altera.

Altera huius commentationis parte tractandum mihi proposui infinitivum cum articulo coniunctum.

Infinitivus cum articulo subiecti vice fungitur.[1]

§ 67. Solus infinitivus cum articulo.

Notio infinitivi paullatim ita est obliterata, ut plane naturam substantivi indueret. Sic habemus apud Thucy-

1) Weiske: „Jb. f. Ph.“ Bd. 126, p. 494 u. p. 529. Stix: „zum Gebrauch des Infinitivs mit Artikel bei Demosthenes“, Rottweil 1881.

didem duo exempla, ubi solus infinitivus subiecti vices obtinet et praedicatum verbi finiti assumit*: III, 38 § 1. III, 39 § 3 (cfr. § 2).

Multo autem saepius infinitivus articulo addito in formam substantivi redigitur. Thucydides libenter actionem infinitivo expressam aliis enuntiationis membris, quae inter articulum et infinitivum inseruntur, accuratius describit. Non opus est commemorare, additamenta praedicativa, si subiectum est generale, accusativo uti, quem casum etiam tum plerumque retinent, cum ad dativum sint referenda. Exempla exstant: I, 5 § 3 *τό τε σιδηροφορεῖσθαι ἐμμεμένηκε.* II, 35 § 2. II, 44 § 4. II, 87 § 3. III, 58 § 2. III, 82 § 4. III, 83 § 1. III, 84 § 2. V, 102. VI, 12 § 1. VI, 37 § 1. VI, 89 § 6. VII, 14 § 2. VII, 27 § 2. VII, 64 § 1. VII, 81 § 5. Praedicata accedunt: I, 42 § 4 *τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἐχυρωτέρα δύναμις ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν.* I, 142 § 6. II, 64 § 4. VII, 62 § 4.

De uno loco homines docti dissentiunt: V, 9 § 2 plurimi atque optimi codices ita scribunt: *ἵνα μὴ τῷ τε κατ᾽ ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν ἐνδεὲς φαινόμενον ἀτολμίαν παράσχῃ.* Hoc si retinemus, subiectum verbi *παράσχῃ* deest.

Quare Bekkerus, Kruegerus, Poppo traditam scripturam mutaverunt in *ἵνα μὴ τό τε.* Classenus offendit in eo, quod duae notiones inter se plane consentientes (*κατ᾽ ὀλίγον - μὴ ἅπαντας*) complexione *τε - καὶ* artissime inter se coniunguntur, et scribit, de quo iam Poppo cogitabat, *ἵνα μή τῳ τὸ κατ᾽ ὀλίγον* et quae sequ. Hoc vitium scribendi facillime poterat admitti: librarius inter se mutavit pronomen indefinitum *τῳ* articulo *τῷ* et pro *τὸ* particulam *τε* scripsit. Etiam in eis, quae Classenus dicit de nexu sententiarum, valde me habet consentientem.

§ 68. Infinitivus cum articulo subiectum est accusativi cum infinitivo.*

Habemus solum infinitivum III, 12 § 3 *ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι.* VI, 14. VI, 34 § 9. Praedicata

accedunt: VI, 34 § 9 (*παραστῆναι παντὶ*) *τὸ δ' ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπὶ κίνδυνον πράσσειν χρησιμώτατον ἂν ξυμβῆναι.* IV, 73 § 2.

§ 69. Accusativus cum infinitivo cum articulo coniunctus subiecti vices obtinet.

Duo inveniuntur exempla huius complexionis sane contortae I, 124 § 1 *εἴπερ βεβαιότατον τὸ ταὐτὰ ξυμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις εἶναι* et VII, 68 § 3 *τὸ δὲ* (*πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα*) *τούςδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι* (scil. *ἡμᾶς*), *καλὸς ὁ*[1]) *ἀγών.*

§ 70. Infinitivus cum articulo est accusativus absolutus.*

Si accusativus absolute est positus, origo huius dicendi generis ex usu accusativi quem dicunt Graeci repetenda est.

Nihil singulare habent illae complexiones, quae in formulas paene transierunt, IV, 28 § 1 *τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι* et VIII, 48 § 6 *τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι.*

Alia ratio ea est, ut scriptor infinitivum in initio enuntiati ponat, qui indicet, quam in notionem sequentia intellegi velit. Sic legimus II, 40 § 1 *καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρόν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον* („und was die Armut betrifft). VI, 14 *νομίσας, εἰ ὀῤῥωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν.* Recte Classenus adnotat, non infinitivum *λύειν* ad *αἰτίαν σχεῖν* subiectum esse posse, sed pronomen *σύ.*

Interdum verba finita infinitivum regere possunt, ita ut articulo *τὸ* nihil nisi transitus ad infinitivum fieri videatur. (De hoc usu infra dicam.) Sed hac in conformatione linguae maior vis infinitivo tribuitur, quae augetur positione infinitivi aut in initio aut in fine enuntiationis. Sic legimus: II, 53 § 3 *καὶ τὸ μὲν προςταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι καλῷ οὐδεὶς πρό-*

---

1) De articulo *ὁ* cfr. Kruegerum.

θυμος ἦν. VI, 17 § 8 *τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐςβάλλειν, κἂν μὴν ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσιν.* II, 87 § 1 *ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία, εἴ τις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλουσαν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι.* („Die Seeschlacht erlaubt keinen berechtigten Schluss — in Bezug darauf, dass sie euch Furcht einflössen könnte").

Unum invenitur exemplum, ubi accusativus cum infinitivo absolute est positus. VII, 28 § 3 *τὸ γὰρ αὐτοὺς πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων μηδ' ὥς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλὰ ἐκεῖ ἀντιπολιορκεῖν* . . . Locus est vexatissimus. Tota enuntiatio est *ἀνακόλουθος*: subiectum est infinitivus *ἀποστῆναι - ἀντιπολιορκεῖν*, cuius praedicatum est omissum.[1]

§ 71. Infinitivus cum articulo est dativus instrumenti.*

Habemus solum infinitivum: I, 70 § 4 *τῷ ἐπελθεῖν.* II, 102 § 4 *τῷ μὴ σκεδάννυσθαι.* III, 82 § 6. III, 83 § 3. IV, 34 § 1. IV, 126 § 1. V, 73 § 4. V, 113. VI, 31 § 3. VII, 21 § 4. VII, 48 § 5. VIII, 60 § 5.

Praedicata accedunt, quae cum referenda sint ad subiectum enuntiationis, nominativo utuntur: II, 89 § 3 *τῷ δὲ ἑκάτεροι ἐμπειρότεροι εἶναι θρασύτεροί ἐσμεν.* III, 11 § 1. IV, 126 § 2.

§ 72. Infinitivus cum articulo est genetivus comparationis.*

Unum inveni exemplum: IV, 126 § 5 *τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ὑμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται.*

§ 73. Est genetivus absolutus.*

III, 12 § 3 *ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν.*

§ 74. Est genetivus finalis.*

Genetivus infinitivi ad substantivum formati verbis adnectitur, ut indicetur, quid spectantes homines vel agant

---

1) Stahlius symb. phil. Bonn. p. 388. Classenus adnot. crit. Madvigius adv. I, 329.

vel egerint. Hic usus infinitivi genetivo utentis valde singularis repetendus mihi videtur esse ex genetivo post verba *ξυνεπιλαβέσθαι* (IV, 47 § 2. VI, 70 § 1. VIII, 26 § 1.) *ξυναναπείθω* (VII, 21 § 3.) *ξυναίρομαι* (IV, 10 § 1. V, 28 § 2) posito, qui finem vel eventum communis cuiusdam actionis indicat.

Elucere autem mihi videtur origo huius usus ex VII, 21 § 3: *ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν.* Codices post *ἀθυμεῖν* exhibent *ἐπιχειρήσειν*, quod Stahlius[1]) recte delet. In eo autem cum viro doctissimo facere non possum, quod scribit *αὐτοὺς ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν*, quia hoc loco de genetivo communis actionis cogitari non posset. Equidem puto Thucydidem hoc loco respexisse ad id, quod praecedentibus verbis narravit, Gylippum Syracusanos ad pugnam navalem esse adhortatum. Habemus igitur duplicem actionem eundem finem petentem, quamobrem genetivus suum locum obtinere mihi videtur.

Postquam graeci diutius finem vel eventum communis actionis infinitivo expresserunt, originem talis usus paullatim obliviscentes in genetivo vim finalem inesse putaverunt eumque vel tum posuerunt, cum de fine cuiuslibet actionis erat cogitandum.[2])

Ceterum hic genetivus inter duodecim exempla bis tantum affirmativus est, plerumque invenitur cum negatione. Persona eadem manet VIII, 14 § 1 *πλέοντες ὅσοις τε ἐπιτύχοιεν ξυνελάμβανον τοῦ μὴ ἐξάγγελτοι γενέσθαι.*

Alia novem exempla negativa accusativum praebent cum infinitivo: I, 23 § 5 *τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε.* II, 22 § 1 *τοῦ μὴ ὀργῇ τι μᾶλλον ἢ γνώμῃ ξυνελθόντας ἐξαμαρτεῖν.* II, 22 § 1 *τοῦ μὴ προδρόμους ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἐσπίπτοντας ἐς τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουρ-*

---

1) Symb. phil. Bonn. p. 388.

2) Aliter Nipperdeyius ad Tacit: ann. II, 59 dicit: „Der Genetiv drückt den Zweck der Handlung aus. Eigentlich ist er zum Verbum wie zum Substantiv gefügt, um die Beschaffenheit der Handlung zu bezeichnen.“

γεῖν. II, 32 § 1. II, 75 § 1. II, 75 § 5. II, 93 § 4. V, 27 § 2. V, 72 § 4 ἔτρεψαν . . . εὐθὺς ἐνδόντας καὶ ἔστιν οὓς καὶ καταπατηθέντας τοῦ μὴ φθῆναι τὴν ἐγκατάληψιν, quod Classenus, Boehmius, Kruegerus, Heilmannus, Poppo explicant: „sub pedibus sociorum deciderunt, ne hostium praehensio se praeveniret.“ Goetzius[1]) propter significationem verbi καταπατεῖν, quae est proterere, cum Arnoldo scribit τῷ μὴ φθῆναι, ita ut ἐγκατάληψιν obiectum fiat ad φθῆναι, quasi fieri non possit, ut milites timore hostium perterriti et mente capti in celeritate fugae a suis sociis proterantur.

Iam afferenda sunt exempla, quae praebent infinitivum affirmativum. I, 4 § 1 καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης, ἐφ' ὅσον ἐδύνατο, τοῦ τὰς προςόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ. VIII, 39 § 4 ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Μιλήτῳ ναῦς ξυμπαρακομισθῆναι. Ceterum Vaticanus hoc loco exhibet χάριν τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι. Sed haec scriptura dubitationem movet, quod χάριν pro ἕνεκα uno tantum loco V, 70 § 1 invenitur, ubi, ut plerumque nomini est postpositum: τοῦ θείου χάριν.

Infinitivus cum articulo coniunctus obiecti vice fungitur.

§ 75. Infinitivus solus cum articulo pendet a verbis.

Primum verba transitiva, quae obiectum infinitivi habent, afferamus: I, 70 § 8 μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι. III, 40 § 3 τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται. III, 82 § 8. III, 84 § 2. IV, 126 § 5. VI, 14. VI, 18 § 6. VI, 61 § 6. VIII, 92 § 11. Duo infinitivi, copula καὶ-καὶ seiuncti atque eodem attributo praediti, pendent a verbo παρέχω: VI, 18 § 5.

Praedicata accedunt: II, 87 § 5 ἀντιτάξασθε τὸ ἀπαράσκευοι τότε τυχεῖν. VII, 81 § 3. II, 42 § 4 ita a codicibus exhibetur: καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν

---

1) De genetivi usu Thucydideo, Diss. Hal. 1883, p. 72.

μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σῴζεσθαι. Hanc si scripturam retinemus, *μᾶλλον ἡγησάμενοι* idem esset quod *κάλλιον ἡγησάμενοι*, id quod Dobraeus legi vult. Kruegeri versio „nachdem sie vielmehr erkannt und gesucht" accipi nequit. Omnes autem tolluntur difficultates, si cum Boehmio pro *ἐν αὐτῷ* scribimus *ἑαυτῶν*. Tum ita est construendum: *καὶ ἡγησάμενοι μᾶλλον ἑαυτῶν* (scil. *εἶναι*) *τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν ἢ τὸ ἐνδόντες σῴζεσθαι* Nominativus *ἐνδόντες* ad *ἑαυτῶν* relatus offendere non potest, cfr. V, 41 § 2 et VIII, 104 § 4.

Iam me converto ad verba genetivum regentia. Legitur solus infinitivus: I, 76 § 2 *τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο.* IV, 34 § 8 *ἀποκεκλῃμένοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προορᾶν.* V, 9 § 9. VII, 21 § 3. VIII, 89 § 2. VIII, 106 § 2. Praedicatum accedit: II, 65 § 10 *ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος γίγνεσθαι.*

Verba dativum regentia: III, 3 § 1 *μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι.* III, 38 § 1 *τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον.* III, 38 § 2.

§ 76. Accusativus cum infinitivo cum articulo pendet a verbo.

Unum tantum inveni exemplum. Accusativo cum infinitivo una exsistit notio, quae cum substantivo componitur. Legitur VII, 68 § 3: *μηδέ τό ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτοὺς κέρδος νομίσαι* (*χρή*).

§ 77. Articulus abundat.*

Supra commemoravi infinitivum aliquando articulo *τὸ* esse praeditum etiam post ea verba, quae cum nudo infinitivo possunt coniungi. Cuius rei una est causa, quod auctor notionem infinitivo expressam maiore cum vi efferre vult. Thucydidis autem alius huius articuli usus est proprius post verba impediendi, seiungendi, commorandi, ubi articulo nihil nisi transitus ad infinitivum fit. Sic legimus: II, 81 § 4 *οὔτ' ἐπέσχον τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν* (ex aliis exemplis sequitur, articulum cum infinitivo esse coniungen-

dum). VII, 33 § 3 ἐπέσχον τὸ εὐθέως τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρεῖν. III, 1 § 1 τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν.

Etiam in passiva structura articulus retinetur: VI, 1 § 2 διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι. Ceterum omnes codices οὖσα exhibent: sed post Bekkerum εἶναι ab omnibus editoribus est receptum.

Quin etiam accusativus cum infinitivo hoc articulo inducitur. Legitur enim VII, 53 § 4: ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα καὶ παύσαντες τήν τε φλόγα καὶ τὸ μὴ προςελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν. Notio generalis κωλύματα attributo σβεστήρια ita definitur, ut σβεστήρια ad παύσαντες τὴν φλόγα, κωλύματα ad τὸ μὴ προςελθεῖν sit referendum.

§ 78. Solus infinitivus cum articulo pendet a substantivis.*

Cum infinitivus nihil nisi verbi notionem sine ulla vel ad personam vel ad tempus relatione exprimat, manifestum est simplicem infinitivum cum articulo τοῦ a substantivis pendentem posse et simplicis infinitivi et accusativi cum infinitivo natura esse praeditum. Distinguendum igitur nobis est in exemplis enumerandis inter eas constructiones, quae simplicis infinitivi vices obtinent, et eas, ubi relatio ad aliam atque ad subiectum personam ex rerum nexu est sumenda.

Subiectum infinitivi eadem est persona atque subiectum eius actionis, quae substantivo regente significatur. ἐλπίς: II, 42 § 4. II, 56 § 4. πρόφασις: I, 126 § 1. I, 146. IV, 126 § 5. ἀπορία: II, 49 § 6. ἀῤῥωστία: III, 15 § 2. γνώμη: III, 40 § 6. ἀπιστία: III, 75 § 4. ἀπόγνοια: III, 85 § 4. ἀήθεια: IV, 55 § 4. διάνοια: V, 9 § 6 ἕως τοῦ ἀπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος τὴν διάνοιαν ἔχουσι. Locus est singularis, quod infinitivo neutrum participii est oppositum. ἐπιείκεια: V, 86. αἰτία: VI, 105 § 2. II, 60 § 7. ἀδυνασία: VII, 8 § 2. πέρας: VII, 42 § 2. ὁρμή: VII, 43 § 5. ἐπιθυμία: VII, 84 § 2.

Iam venio ad ea exempla, ubi genetivus infinitivi locum accusativi cum infinitivo obtinet. Infinitivus nimirum habet, quo referatur, velut I, 144 § 1 *πολλὰ ἔχω ἐς ἐλπίδα τοῦ περιέσεσθαι, ἢν ἐθέλητε.* II, 13 § 9 *ἔλεγε καὶ ἄλλα ἐς ἀπόδειξιν τοῦ περιέσεσθαι.* II, 88 § 3 *ὁρῶν αὐτοὺς ἀθυμοῦντας ἐβούλετο ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῦ θαρσεῖν.* III, 82 § 8 *φθόνῳ τοῦ περιεῖναι* (sc. *αὐτούς*). IV, 17 § 3 *ὑπόμνησιν τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι πρὸς εἰδότας.*

§ 79. Accusativus cum infinitivo cum articulo *τοῦ* pendet a substantivo.*

Hanc formam habemus I, 87 § 6 *ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι.* III, 82 § 3 *τὰ ἐφυστερίζοντά που πύστει τῶν προγενομένων πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας.* IV, 120 § 3 *σημεῖον τ' εἶναι τοῦ καὶ ἄλλο τι ἂν αὐτοὺς τῶν μεγίστων ἀνδρείως ὑπομεῖναι.* VI, 41 § 3 *οὐδεμία βλάβη τοῦ τὸ κοινὸν κοσμηθῆναι.*

§ 80. Infinitivus cum articulo *τοῦ* coniunctus pendet ab adiectivo.[1])

II, 4 § 2 omnium codicum consensu sic exhibetur: *ἐμπείρους δὲ ἔχοντας τοὺς διώκοντας τοῦ μὴ ἐκφεύγειν, ὥστε διεφθείροντο πολλοί.*

Stahlius hoc loco, quod dubium sit, qui effugiant, scribi vult pro *ἐκφεύγειν* verbum *ἐκφρεῖν* (durchlassen), in qua coniectura nititur in alio composito *διαφρεῖν* VII, 32 § 1. Hoc quamquam cogitari potest, tamen supervacaneum mihi videtur esse. Boehmius *τοῦ μὴ ἐκφεύγειν* infinitivum finalem esse vult „damit sie nicht entflöhen", in qua explicatione id mihi displicet, quod infinitivus tantum ad *διώκοντες* referri posset itaque adiectivum relativum *ἔμπειρος* absolute pronuntiaretur. Kruegeri sententia „so dass sie nicht entflöhen" valde placeret, nisi tautologiam cum verbis

---

1) Apud Herodotum unum adiectivum *αἴτιος* genetivum infinitivi regit.

sequentibus ὥστε διεφθείροντο πολλοί efficeret. Ex eodem vitio laborat Goetzii[1]) coniectura, qui lectionem genuinam ita restituendam esse putat, ut scribat pro τοῦ mutata collocatione verborum ὥστε τῷ μὴ ἐκφεύγειν διεφθείροντο. Schoenius scribi vult οὗ ἦν ἐκφεύγειν („da die Verfolger, die sie hatten, es wussten, wo man entfliehen konnte — und desshalb auf diese Puncte besonders ihre Aufmerksamkeit richteten —.") Sed quamquam non ignoro, in interrogationibus obliquis pronomina relativa a Thucydide esse adhibita[2]), ut VI, 91 § 1. VII, 77 § 2, tamen mutationem omnino probare non possum.

Mihi Classeni explicatio optima videtur esse. Infinitivum τοῦ μὴ ἐκφεύγειν ad Thebanos esse referendum simplex ratio docet. Quo modo ad διώκοντας possit referri, non video: nam ut quis ipse non effugiat, mehercle magna locorum peritia esse non debet. Subiectum ad infinitivum eodem modo non est additum, quo ad exempla § 78 allata, quiae sententiarum nexu elucebat.

Longe aliter comparatus est alter qui hic afferendus est locus IV, 34 § 1 τῇ τε ὄψει τοῦ θαρσεῖν τὸ πλεῖστον εἰληφότες.

§ 81. Infinitivus cum articulo pendet a praepositionibus.

Graeci persaepe pro enuntiationibus secundariis vel temporalibus vel causalibus vel alius generis, quo periodus simplicius conformetur, praepositionibus utuntur, a quibus infinitivus cum articulo coniunctus pendet. Atque hic usus apud Thucydidem, qui breve et abruptum, ut ita dicam, genus loquendi sequitur, frequentissimus est. Non opus videtur monere, omnia enuntiationis secundariae membra eam regulam sequi, quae est de verbo finito in structuram infinitivi mutato.

---

1) De genetivi usu Thucydideo, Diss. Halens. 1883, ultima pagina.

2) Hartung: „über die Casus" etc. p. 290.

In exemplis enumerandis eum sequar ordinem, ut primum exempla simplicis infinitivi, deinde infinitivi cum praedicato coniuncti, denique accusativi cum infinitivo afferam.

Praepositiones accusativum regentes: *διά**: I, 23 § 3 *διὰ τὸ στασιάζειν*. I, 69 § 5 *διὰ τὸ πιστεῦσαι*. I, 70 § 7. § 8. I, 142 § 7. II, 37 § 1. II, 50 § 2. II, 64 § 3. II, 81 § 7. II, 91 § 4. II, 93 § 1. III, 82 § 2. III, 82 § 6. IV, 17 § 4. IV, 35 § 1. IV, 102 § 4. V, 4 § 4. V, 16 § 1. V, 97. VI, 2 § 2. VI, 9 § 2. VI, 11 § 5. VI, 49 § 3. VI, 55 § 2. VI, 68 § 2. VI, 92 § 4. VII, 62 § 2. VII, 68 § 3. VII, 70 § 4. VII, 72 § 4. VIII, 63 § 2. VIII, 71 § 3. VIII, 73 § 4. VIII, 98 § 3. *παρά**: I, 41 § 2 *ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν*. I, 77 § 3 *κατά**: II, 72 § 2 *ἔνορκοι ὄντες κατὰ τὸ ἀμφοτέρους δέχεσθαι*. II, 89 § 5. II, 97 § 4. VII, 63 § 3. *πρός**: I, 72 § 1 *μᾶλλον πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν*. II, 11 § 5. II, 87 § 5. III, 44 § 3. V, 73 § 3. VII, 69 § 2. VIII, 41 § 1. VIII, 76 § 6. *ἐς**: I, 17 *προορώμενοι ἐς τὸ τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν*. I, 23 § 6. I, 56 § 1. I, 70 § 5. I, 87 § 2. I, 93 § 3. I, 136 § 4. II, 48 § 3. III, 45 § 6. III, 82 § 8. IV, 108 § 3. VI, 12 § 2. VI, 60 § 2. VII, 19 § 2. VII, 63 § 3. VII, 67 § 3. VII, 69 § 3. VII, 70 § 3. VIII, 40 § 3. VIII, 47 § 1. VIII, 83 § 2. *ἐπί**: II, 65 § 9 *κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι - ἀντικαθίστη ἐπὶ τὸ θαρσεῖν*. Praedicata accedunt: *διά**: I, 37 § 3 *διὰ τὸ ἥκιστα ἐκπλέοντας μάλιστα τοὺς ἄλλους δέχεσθαι*. I, 84 § 1. I, 141 § 3. II, 51 § 6. II, 65 § 8. II, 89 § 2. IV, 18 § 4. IV, 106 § 1. VIII, 2 § 2. Exstat accusativus cum infinitivo: *διά**: I, 3 § 3. II, 11 § 4. II, 14 § 2 *διὰ τὸ εἰωθέναι τοὺς πολλούς*. II, 52 § 4. II, 81 § 8. IV, 55 § 4. IV, 88 § 1. V, 11 § 2. V, 71 § 1. VI, 10 § 3. VI, 18 § 3. VI, 56 § 1. VI, 84 § 1. VI, 87 § 4. VI, 96 § 2. VII, 12 § 5. VII, 36 § 3. VII, 44 § 4. § 5. VII, 70 § 4. VII, 81 § 4. *πρός**: VIII, 41 § 1 *πρὸς τὸ . . . τοὺς Λακεδαιμονίους ἀσφαλῶς περαιωθῆναι*. Praepositiones dativum regentes:

*ἐπί**: I, 38 § 1 *ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν*. I, 38 § 2. I, 74 § 3. III, 42 § 6. *ἐν**: II, 11 § 7 *ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν*. II, 43 § 1. II, 43 § 5. IV, 18 § 4. VI, 38 § 2. VI, 89 § 3. Praedicata accedunt: *ἐπί**: I, 34 § 1 *οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὁμοῖοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται*. I, 71 § 1. I, 121 § 5. Si praedicatum est referendum ad subiectum accusativi cum infinitivo, ipsam quoque accusativo uti manifestum est, ut I, 70 § 9 *εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι*.

Restat, ut congeram exempla, quae praepositiones genetivum regentes praebent. *ἐκ**: I, 122 § 4 *ἐκ τοῦ σφάλλειν*. II, 44 § 3. II, 53 § 4. III, 14 § 1. III, 40 § 3. V, 16 § 1. VI, 40 § 2. VII, 68 § 3. *ἀπό**: II, 63 § 1 *ἀπὸ τοῦ ἄρχειν*. *περί*: I, 37 § 1 *περὶ τοῦ δέξασθαι*. II, 22 § 1. IV, 59 § 2. IV, 62 § 2. IV, 63 § 2. IV, 84 § 2. V, 46 § 1. VII, 49 § 2. *μετά*: I, 6 § 5 *μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι*. II, 43 § 6. VI, 65 § 1. *πρό**: IV, 59 § 2 *πρὸ τοῦ αὐτίκα τι ἐλασσοῦσθαι*. V, 93. V, 100. *ἀντί*: IV, 62 § 3 *ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν*. VI, 87 § 5 *ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι*. *ἕνεκα**: I, 45 § 3 *προεῖπον δὲ ταῦτα τοῦ μὴ λύειν ἕνεκα τὰς σπονδάς*. *μέχρι**: V, 73 § 4 *μέχρι μὲν τοῦ τρέψαι*. Praedicata accedunt: *ἐκ**: VI, 17 § 3 *ἐκ τοῦ λέγων πείθειν*. VI, 40 § 2. *ἀπό**: I, 138 § 2 *ἀπὸ τοῦ . . ξυνετὸς φαίνεσθαι*. *περί*: VII, 56 § 2 *περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι*. *ἀντί*: I, 69 § 5 *ἀντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοί*. VII, 28 § 1. VII, 75 § 7. Exstat accusativus cum infinitivo. *μέχρι**: II, 53 § 4 *μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι*. *ἐκ**: III, 22 § 1 *ἐκ τοῦ προσιέναι αὐτούς*. VI, 38 § 5 *ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς*. *περί*: II, 55 *περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι τοὺς Ἀθηναίους*. VI, 34 § 4. VIII, 52 § 1. Quibus praepositionibus addo adverbium praepositionali vi praeditum *ἔξω**: V, 97 *ἔξω καὶ τοῦ πλεόνων ἄρξαι*.

Videmus igitur Thucydidem semper articulum adhibuisse, si praepositionem cum infinitivo coniunxit. Herodotus tribus locis articulum omisit (I, 120. VI, 32. VII,

170). Praeterea hic usus apud nostrum multo latius valet quam apud Herodotum.[1])

Infinitivus cum articulo coniunctus epexegeseos vel appositionis vice fungitur.

§ 82. Accedit ad nominativum.

Infinitivus cum articulo appositionis vice nomini antecedenti additum vim generalem, quae plerumque huic nomini inest, accuratius explicat et describit. Omnes autem eae definitiones, quae huic fini inserviunt, inter articulum et infinitivum inseruntur, qua verborum positione una effici videtur notio. Ita legimus: I, 32 § 4 *καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη.* Habemus accusativum cum infinitivo cum articulo coniunctum appositionis vice fungentem: I, 41 § 2 *καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε καὶ ἡ ἐς Σαμίους, τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθεῖν.*

§ 83. Accedit ad accusativum.

Legimus V, 9 § 9 locum a codicibus ita exhibitum: *νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι.* Hanc scripturam Boehmius retinet. Scholiasta adnotat *ὅτε ἐκ τριῶν γίγνεται τὸ καλῶς πολεμεῖν.* Quare Stahlius mihi quidem rectissime videtur restituisse *νομίσατε τρία εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν.* Hoc si scribimus, omnes tres infinitivi articulum accipere debent. Minime autem articulus ante infinitivum *πείθεσθαι* potest omitti; qui si deesset, res bene gerenda non tres, sed duas res requireret, quippe quod *αἰσχύνεσθαι* et *πείθεσθαι* unam efficeret notionem. Huc accedit, quod *πείθεσθαι* eodem modo, quo ad *αἰσχύνεσθαι*, ad *ἐθέλειν* est

---

1) Apud Herodotum cum infinitivo coniunguntur praepositiones *μετά*, *ἀντί*, *περί* (positio est singularis: *τοῦ βακχεύειν πέρι*) *ἐν*.

referendum. Verbum ἐθέλειν enim spectat ad fortiter aggrediendum: αἰσχύνεσθαι huic oppositum ad pudorem fugae: πείθεσθαι ad oboedientiam quam miles duci debet, sive in aggrediendo sive in se recipiendo.

Si scribimus cum Reiskio et Bekkero τὸ ἐθέλειν καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ πείθεσθαι, desidero in hac enumeratione commemorationem fortis animi, quo certe valde opus est in bello gerendo.

Aliud exemplum exstat VI, 80 § 1 καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθίαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν.

§ 84. Accedit ad genetivum.[1])

Dubito num quid certi possit statui de ea quaestione, utrum articulus cum infinitivo coniunctus casum nominis, ad quod infinitivus est referendus, sequatur an omnibus exemplis appositio articulum τὸ habere debeat. Equidem puto, cum codicibus in tribus exemplis, quae apud Thucydidem inveniuntur, accusativum articuli esse scribendum, quamquam ad genetivum et dativum appositio spectat. Sed in unoquoque exemplo accuratius mihi de ea re est dicendum.

Ac primum quidem invenimus accusativum articuli ad genetivum nominis relatum VII, 67 § 1 τῆς δοκήσεως προςγεγενημένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν. Classenus hoc loco recte articulo nihil nisi transitum ad infinitivum fieri dicit. Infinitivus enim hoc loco subiectum est ad praedicatum δόκησις, quod simplici

1) Apud Herodotum unum huius rei invenitur exemplum III, 32: πλήν τε ἑνὸς τοῦ . . . ἀπιέναι πάντα τἆλλά οἱ παρῆν. Ea re duo scriptores a se discedunt, quod mea quidem sententia apud Thucydidem tribus qui his paragraphis tractantur locis articulus τὸ exstat, Herodotus genetivo τοῦ utitur. Exempla autem valde inter se sunt dissimilia: apud Thucydidem substantiva abstracta (δόκησις VII, 67 § 1. καταβοή VIII, 78 § 3. ἀμαθία VII, 36 § 5.) infinitivo accuratiore utuntur descriptione, apud Herodotum autem infinitivus nomini numerali tam arte adnectitur, ut vix alius atque genetivus casus ferendus esse videatur.

infinitivo coniunctum invenimus II, 84 § 1. IV, 55 § 2. Quamobrem falso Kruegerus τοῦ coniicere mihi videtur. Alia est ratio VIII, 87 § 3, ubi in codicibus exstat: πολλαχῇ εἰκάζεται· οἱ μὲν γὰρ . . . ἄλλοι δ' ὡς καταβοῆς ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τὸ λέγεσθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ . . . Alii editores hoc loco scribunt τοῦ, alii τό. Puto totam quaestionem versari in significatione substantivi καταβοή constituenda. Duplex vis in καταβοή inest, aut simplex „Gerücht, Gerede" aut „Verläumdung, gehässiges Gerede", quae significatio invenitur I, 73 § 1 et VIII, 85 § 2.

Iam vero mihi quidem dubium esse non potest, quin καταβοή hic habeat vim rumoris. Praepositione enim ἕνεκα Thucydides exprimit Tissaphernem itinere suo id egisse, ut rumor Lacedaemone exsisteret, se omnia, quibus sese obtulisset, officia exsequi (ὡς οὐκ ἀδικεῖ). Hunc finem eam ob causam sequitur, ut quam diutissime fide Lacedaemoniorum utatur et cunctando utrisque noceat, quamobrem etiam castra navalia tam saepe movet.

Poppo sane dicit praepositionem ἕνεκα non impedire, quominus in substantivo καταβοή notio calumniae insit, quia interdum διὰ vicissim pro ἕνεκα usurpetur: sed exemplis, quae attulit, demonstravit διὰ pro ἕνεκα usurpari, non contrarium. Kruegeri sententia, καταβοή posse esse accusationem, qua Tissaphernes adversus criminationes Peloponnesiorum usurus fuerit, videtur mihi esse reicienda, quod appositio in hanc loci explicationem non quadrat.

Convertamus iam nos ad eos editores, qui substantivum καταβοή notione simplici rumoris praeditum esse censent, Classenum et Boehmium, quorum alter eam ipsam ob causam τοῦ λέγεσθαι scribi vult, alter τὸ λέγεσθαι retinet. Qua in quaestione Boehmii sententia praeferenda mihi videtur esse, qui τὸ λέγεσθαι servandum esse putat. Notio enim generalis, quae hoc loco in substantivo καταβοή inest, optime accusativo verbi neutrius τὸ λέγεσθαι declaratur, qui summam illius rumoris breviter exprimit. Contra si καταβοή hoc loco „calumnia" significaret, unum τοῦ λέγεσθαι rectum esse censerem.

Ceterum libenter fateor, alium de ea re alia proferre posse meque in hac causa diiudicanda etiam codicum auctoritate aliquatenus esse permotum.

§ 85. Accedit ad dativum.*

Unum invenitur exemplum, de quo rursus viri docti valde dissentiunt. Etiam codices locum varie exhibent. Vaticanus autem scribit: VII, 36 § 5 *τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι τὸ*[1]) *ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι.*

Classenus hoc loco scribit, postquam frustra ad difficultatem solvendam locos I, 32 § 4 et I, 41 § 2 afferri dixit, *τῷ ἀντίπρωρον ξυγκροῦσαι*. Boehmius ad lectionem *τὸ* tenendam affert VII, 67 § 1, cuius rationem aliam esse supra dixi. Melius autem VIII, 87 § 3, de quo modo disputavi, afferendum videtur, quod eo quoque loco codices accusativum *τὸ* exhibent. Mirum esset, si utroque loco librarii eodem modo peccavissent. Ceterum, cum *ἀντίπρωρον* vix adverbii loco usurpatum esse crediderim, ex Kruegeri coniectura *τῷ ἀντίπρωροι ξυγκροῦσαι* nominativum *ἀντίπρωροι* desumo.

Exstant praeterea aliae emendationes, velut Stahlii *ἀντιπρώρῳ ξυγκρούσει*, Madvigii (adv. I, 330) *ἐς τὸ ἀντίπρωρον ξυγκρούσει*, quibus ego assentiri non possum.

---

1) *τὸν* in aliis codicibus exstat, *τῷ* in nullo.

Vita auctoris.

Natus sum Maximilianus Gerhardus Michaelis Francofurti ad Viadrum die VI mens. Aug. a. h. s. LXIII, patre Paulo, qui in iudicio, ad quod provocatione certatur, consiliarius fuit, matre Henrietta, e gente de Tschirschky: patrem ante hos viginti annos morte praematura et mihi et meis ereptum esse valde lugeo, matre gaudeo superstite. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis Francofurti imbutus deinde per quinque annos ruri versatus litteras didici a magistro privato. Vere anni h. s. LXXVII Francofurtum reversus gymnasium regium Fridericianum, cui tunc Karolus Kock, vir ut de rebus gymnasii optime meritus, ita maxime mihi semper colendus, praeerat, usque ad autumnum anni h. s. LXXXI frequentavi, quo tempore maturitatis testimonio sum instructus. Officio militari functus Berolini scholis interfui virorum doctissimorum: Droysen, Huebner, Kirchhoff, Koser, Schrader, Vahlen, Zeller. Deinde vere anni LXXXIV Halas me contuli, ubi per quattuor semestria praeceptoribus usus sum viris doctissimis: Bartholomae, Dittenberger, Duemmler, Erdmann, Haym, Heydemann, Hiller, Keil, Neumann; atque ut exercitationibus et proseminarii et seminarii philologici interessem, benigne mihi est permissum.

His omnibus viris illustrissimis optime de me meritis, maxime autem Hillero, gratias ago debitas.